Acordaõ os do Deſembargo, & c. Aggravada he a aggravante pelo Conſervador da Univerſidade, em abſolver aos RR. da reſtituição do morgado, de que ſe trata. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, & como a A. proveſer terceira neta de Alvaro de Meſquita, & de ſua mulher Guiomar Caſco, a qual era filha de Diogo Caſco, terceiro poſſuidor deſte morgado, o que ſe juſtifica da certidão fol. 316. tirada dos inventarios, que em juizo foram apresentados, em hũa cauſa que ſe moveo entre o dito Alvaro de Meſquita, & os herdeiros de Diogo Caſco, como tudo conſta da dita certidão, na qual foi adjudicada a legitima de ſeu pay Diogo Caſco à mulher do dito Alvaro de Meſquita; o qual documento, aſſim por conferir nas mais circumſtancias com as certidoões

geneologicas produzidas pelas partes, como por ser traslado de hum inventario produzido em huns autos, que corréraõ em juizo, como por ser hum traslado feito no anno de 1554. administrado com o instrumento de testemunhas fol. 310. & das certidoens a fol. 321. cum seqq. constando outrossim, que Leão do Seixo, que tirou dos autos o dito traslado, era Escrivão dos agravos, como consta da certidão fol. 392. prova perfeitamente o dito parentesco, & filiação da dita Guimar Casco, da qual somente duvidaraõ os RR. no 11. artigo de sua contrariedade, & sendo a A. quarta neta de Diogo Casco, deve preceder aos RR. que não só estão em grao mais remoto, mas em diferente linha da que entroncou a successão do dito morgado, a qual nam pôde fazer transito sem se extinguirem os descendentes da linha de Diogo Casco, legitimo possuidor do dito morgado; por tanto condenaõ aos RR. a que restituam à A. todos os bens que possuem do dito morgado, com os fructos da lide contestada; & nas custas dos autos. Lisboa 10. de Abril de 1685. Carneyro. Basto. Vieira.

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Maioratus contentionis primum institutorem fuisse Ægidium Rodrigues, non ambigitur; insimulque Gondifalvum illius extitisse possessorem: utique non controvertitur, RR. ex quodam Martino Gondifalvi prædicti fratre, legitimam, & rectam ducere originem, quoposito, videamus, quo jure ad præsentem concertationem veniat A. contendit enim ab illo Gondifalvo descendere, cum à quadam Guiomar Casco, tertij possessoris filia procedere dicat, hancque Alvaro de Mesquita suo maiori matrimonio fuisse conjunctam, nobis suadere intendit: sed an obtineat, suumque consequatur desideratum finem: Hoc opus, hic labor erit: Deo igitur Duce, facti cõjecturalis aggrediamur quæstionem: Vtrum scilicet A. suam plenè probet intentionem? Pro negativa parte juris regulæ propugnare videbantur; solum quippe librorum genealogiorum certitudinibus à fol. 321. cum seqq. demonstrari intenditur prædictæ parentelæ derivatio, quarum fidem valdè fragilem nos experientia docet, non enim tanti viri illas exarantes de facto proprio deponunt, sed ad libros se referunt, qui fortasse in nihilo veritatis, & justitiæ metum observant, Scob. de purit. 2. p. 9. 6. aliàs 5. à num. 13. cum seqq. regulariterque eis denegatur fides, ut videre est ex adductis à jurisprudentissimo R. patrono in suis juris allegationibus num. 44. ad fin. hac tamen regula non obstante, affirmativam

partem amplector sequentibus ductus fundamentis. Sit primum: quia RR. in sui favorem simili usi fuere probatione, ut videre est à fol. 197. Planè summa æquitas exegit, ut quod quisque juris in aliam statuerit, ipse eodem jure utatur, text. in L. 1. & totus titulus ff. quod quisque juris, &c. Sit secundum: quod consanguinitas, & filiatio, seu descendencia probantur in antiquis per notas in scripturis privatis, & per memorialia, ut dixerunt Bald. in L. neque natales col. 1. Cod. probat. Salic. in L. etiam ff. eod. Peregr. de fideicom art. 43. num. 86. & alij, quos refert, & sequitur Scob. de puritat. 1. p. 9. 15. §. 3. num. 18. ad fin. & licet Scob. sibi contradicere videatur 2. p. dict. 9. 6. verè non contradicatur, ibi: Non contra prædictos libros insurgit ne credantur, circa civium maculam, ut ex illo videre est in dict. §. 2. DD. per eum adducti de simplicis descendentiæ probatione agunt; hujus namque leviores probationes admittuntur, cum difficilis sit probationis, ex L. Lucius 83. ff. cond. & demonstr. de cujus materia Pich. in L. Gallus dict. lib. & Posth. cap. 3. num. 11. ideoque ad illam probandam consanguinei admittuntur, Scob. dict. 9. 11. in dict. §. num. 3. cum seqq. dummodo certum commodum ex tali descendencia illis non obveniat ibid. num. 44. ex quibus etiam quiescit objectum contra Aëtrici testes, dum RR. illorum fidem infringere tentant consanguinitatis prætextu, illorū quippe commodum consideratum valdè remotum, incertumque est, nec de illo prædicti testes cogitare poterant, quin aëtrici mortem, illiusque descendentiæ defectum præsupponerent, ne quidem fas est tristes eventus, similesque casus expectare, ex regul. L. si in emptione 34. §. liberum hominem ff. contrahend. empt. cum similibus. Ideoque præsumendum non est, consanguineos, adeo remota maiora us spe, illiusque sinistra cogitatione, in præsentem à veritate deviare, omnis enim sinistra suspicio in dubio fugienda, ex regul. L. merito ff. pro socio. Neque obstat, quod RR. possident, verosque se esse Cascos demonstrant, & testibus, & genealogicorum testimonijs, quæ illud Guimar. matrimonium saltem dubium reddunt, ut ex illis videre est à fol. 197. quæ omnia pro possessore victoriam promittunt, ex regul. L. fin. Cod. reivend. §. commodum inst. de interdicitis. Responderetur namque prædictam regulam in dubio procedere, insimulque si, & A. & R. in pari reperiantur causa juxta illud vulgare, quod in pari causa melior est conditio possidentis; aliter tamen se res habet in præsentem; nam maioratus possessio indubitanter

tanter penes RR. non eſt, cum apud illos in conſeſſo ſit Actricem molæ aquariæ ad maioratum pertinentis poſſeſſorem exiſtere, planè contemnendi dubij eſt.

An per huius rei apprehenſionem totius maioratus poſſeſſionem acquirunt, nam quemadmodum ad fundi poſſeſſionem acquirendam cuilibet, ut illius omnes glebas circumambulet, neceſſe non eſt, ſed ſufficit quamlibet ejus partem introire, dum mente, & cogitatione hac ſit, uti totum fundum uſque ad terminum velit poſſidere, ut inquit Paul. in L. 3. §. 1. ff. acquirend. poſſeſſ. utique, & à fortiori in maioratu dicendum eſt propter ejus individuitatem, non enim aliquid totius individui pars attingi valet quin totum attingatur ex notatis per DD. in L. 1. L. 2. L. ſi ex aſſe 10. L. ſi ſolus 80. L. gerit 88. ff. acquir. hæred. L. reſtituta 47. in princip. ff. ad Trebell. DD. communiter in dictis juribus. Agnoſco, quòd quando aliquis aliquid totius poſſeſſionem acquirere intendit, non ſufficit rei ipſi toti ſubjectæ apprehenſio, ſi ex diſtantibus rebus ipſum totum componatur juxta terminos text. in L. ſi in rem 23. §. item quacumque ff. rei vindicat. L. rerum mixtura 30. ff. uſucapionib. idèdque unius rei hæreditariæ apprehenſa poſſeſſione, aliarum rerum acquiſita non cenſetur, ut per text. in L. 1. §. veteris, L. qui abſenti 38. §. 1. ff. acquirend. poſſeſſ. & ibi communiter DD. Iason in dict. §. veteres n 31. Alexand. ibidem num. 22. Menoch. retinend. remed. 3. num. 281. Gom. in L. 45. Taur. à n. 38. Hoc tamen non tollit quo minus juris, ſeu vinculi maioratus in totum quaſi poſſeſſionem acquirat noſtra actrix, ex regal. text. in L. reſtituta 37. ff. ad Trebel. Barc. ibi. Nam ſi juris hæreditarij, ut pote individui, quaſi poſſeſſio acquiſita cenſetur per quamlibet partem apprehenſam, cur non ita juris maioratus etiam individui, ut eſt vulgare? Vnde cum non de remedijs poſſeſſorijs, ſed de jure maioratus diſputemus, poſſeſſionem RR. parvi pendo, cum etiam huius juris noſtrati poſſeſſor dici poſſet. Nec officit, quòd poſſeſſio, ſeu quaſi penes duos eſſe non poſſit, ex L. 3. §. ex contrario ff. acquirend. poſſeſſ. plane RR. in maioratus maiori parte poſſeſſores exiſtunt: igitur ex dictis noſtram Actricem à poſſeſſione excludunt; dico quippe, quòd licet duo in ſolidum poſſidere non poſſunt, duo tamen poſſeſſores ſe eſſe poſſunt contendere, varij enim ſunt actus poſſeſſorij, & ex quibusdam eorum uſurpatis, plures ſibi poſſeſſionem aſſerere poſſunt, ut proinde de qualitate huiusmodi ſit cognoscendum, explorandumque cujus cauſa potior ſit, ut

Pars II.

videre eſt ex text. in §. retinendæ 4. inſt. de interd. cum ibi notatis L. 3. in princip. ff. uti poſſidetis, & licet A. agendo RR. poſſeſſores confiteatur, hoc quidem nihil aliud præbet, quàm ut RR. onere probationis releventur dicto §. retinendæ; non verò ut R. cum Actore in pari jure, & cauſa conſtituat, non ſumus enim in dubio, ut jam dixi; quia genealogiæ certitudines ab Actore productæ mihi veriores videntur, quia corroboratæ apparent inſtrumento fol. 289. clariori litera exarato fol. 297. ex qua patet de ſcriptura dotali pro matrimonio celebrato inter Didacum Caſco cum Maria Rodrigues de Araujo, anno 1494. utique etiam ex documento fol. 306 demonſtratur, quòd morte prædicti Didaci inter Andream Caſcum, & Alvarum de Meſquita ratione ſuæ uxoris partitiones fuiſſe præhabitas, ex quibus rectè demonſtratur matrimonium inter Didacum, & illam Mariam, nam ex ſcriptura dotali in antiquis matrimonium rectè probatur ex ratione text. in L. 3. ff. jur. dotium, non ſolum quoad ipſos contrahentes, ſed quoad omnes, Scobar ſupra dict. q. 15. §. ult. ſeu 3. num. 69. juncto num. 25. & 26. & licet talia inſtrumenta maximè deſectiva à R. patrono ſapientiſſimo arguantur, exemplumque exempli eſſe, tamen his omnibus datis in antiquis — ut in præſenti plenè probant, Magiſtraliter cum pluribus docet Scob. dict. q. 13. dict. §. ult. à num. 19. cum ſeqq. inſimulque inſtrumentum d. fol. 306. & 315. mihi benè probat, illum Alvarum de Meſquita cum quadam filia illius Didaci matrimonio fuiſſe conjunctum, quia licet expreſſè hoc non dicat, virtualiter tamen enuntiat, ſi enim ita non eſſet, ad quid, ſeu propter quod ratione ſuæ uxoris, cum Andrea Caſco illius Didaci partiretur hæreditatem, planè iſta virtualis enuntiatio deſcendentia ſufficiens eſt in antiquis probatio, ut ex Socin. Paris. Garc. & alijs tenet Scob. ſupra proxime num. 38. uſque ad 41. Vnde ex his inſtrumentis maximè corroboratur fides certitudinum A. probatum enim remanet illum Didacum matrimonium contraxiſſe cum illa Maria, inſimulque cum Didaci filia Alvarum Meſquita A. maiorem, & ſic ſi in ſubſtantia prædictæ certitudines cum inſtrumentis conveniunt, cur non in illius Didaci filia nomine, inſimulque in alijs prædictis certitudinibus non crederem, maximè cum illæ à RR. productæ, ut pote ad intentum, negativæ harum veritatem non obumbrent. Probato ſic, quòd illius Didaci deſcendentiam Actrix noſtra ingreditur, planus de jure ad maioratum contentions ei patebit adi-

R ij

tas

tus, cum in linea contentiva ultimi possessoris, & in proximiori gradu reperitur; secus verò Rei in remotiori, subintratque Sanctionis Regiæ dispositio in *lib. 4. tit. 100. §. 2.* Restituant igitur RR. maioratum Actrici cum fructibus, sed an à tempore litis contestationis, vel sententiæ, conferam, ita placet. Vlyssipone 25. Aprilis 1684. Doctor Vieira.

Facti, ideoque fastidiosam, ac pariter difficilem aggredimur quæstionem, an scilicet Actrix ab illo Didaco tertio maioratus, quo de agitur, possessore, ejusque filia Guiomar Casco originem ducat, cujus in indagatione universa processus series circumscribitur; posita namque hac ascendentiæ, ac descendentiæ, Actrici tanquam proximiori respectu ultimi possessoris, & ex institutoris sanguine maioratus successio adjudicanda est ex placito, *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 47. Pelæes de maiorat. 2. p. 9. 8. Gam. dec. 7. §. 203. num. 23. Castilb. tom. 2. cap. 22. num. 4.* & est vulgare. Et prima facie videbatur allegatam consanguinitatem improbatam extare, non enim Actrix illa comprobatur, quæ à Pontifice desiderantur in *cap. licet ex quadam de testibus*, junctis his quæ *Noguer. alleg. 25. art. 6. per totum*, sed præsumptivam, & conjecturalem probationem nobis tantum proponit, quæ à Reis aliquantulum enervatur, & his in terminis pro possessore sermocinandum esse tenent *Castilb. lib. 5. cap. 122. num. 1. Pelæes de maiorat. 2. p. 9. 7. num. 88.* in eo enim possessionis commodum consistit, ut Actore plenè intentionem non probante, possessor à rei vindicatione absolvatur, *ex textu in §. commodum instit. de interd. L. 2. Cod. probat. L. ultim. Cod. reivind.* Verum post perplexitatis spatium contrariæ opinioni libuit assentire, Actricemque sufficienti probatione obarmatam ad iudicium accessisse, ac suam à Guiomar Casco, Didaci filia, bene derivare descendentiæ; notum quippe est, quod consanguinitas in antiquis difficilis probationis est, prout cum pluribus considerat *Castilb. lib. 5. controu. cap. 122. per tot. maxime num. 2. §. 22. §. cap. 123.* qua de causa testibus de auditu deponentibus, qui regulariter non probant verbis enuntiatis, indicijs, & conjecturis ex communi DD. assensu probatur, quos refert, & sequitur *Castilb. d. cap. 122. §. 123.* jus enim eam tantum desiderat probationem, quæ de possibili fieri potest, ut considerant *Raudens. Surd. Petra*, & alij adducti à *Castilb. supra d. num. 22.* & in his terminis illa scrupulosa probatio à Pontifice desiderata in *d. cap. licet ex quadam*

non requiritur, quæ tantum in matrimonialibus causis ad unguem observanda est, minime autem in antiqua consanguinitate probanda, quæ memoriæ hominum excedit, ut late de more firmat *Castilb. d. cap. 122. ex num. 22. cum seqq.* antiquum autem tempus dicitur, quod centum annorum spatium excedit, ex his quæ *Castilb. d. cap. 122. n. 25.* licet aliquando in minori temporis intervallo antiquitas consideretur, adhibitis facti circumstantijs, *Cyriac. controu. 204. num. 66.* Planè si ad Actricis probationem oculos convertimus, conformes nobis exhibet peritissimorum genealogicorum certitudines à fol. 321. ex quarum fide ejus intentio non mediocriter comprobatur, consanguinitatem enim in antiquis per privatas scripturas, quæ in libris familiaribus inveniuntur, probari tenent *Lara de annivers. lib. 2. cap. 4. n. 57.* signanter cum pluribus *Castilb. lib. 5. controu. d. cap. 123. num. 10.* imo, & historijs, ut profequitur *Castilb. sup. n. 14.*

Neque dicas horum instrumentorum fidem minui ex alijs à fol. 197. nam præterquamquod hæc plura numero extant, quibus in terminis his potius fides adhibenda est, non ita specificè efformata apparent, ut ex illorum serie clarescit, & tandem horum veritas alijs justificatur adminiculis, ut infra ostendam; deinde aliud non contemnendum offert documentum à fol. 297. ex quo probatur Mariam Rodrigues cum Didaco Casco matrimonium contraxisse, id enim notum reddit dotalis scriptura, quæ quidem consonat certitudinibus à fol. 321. & ex illa non leve oritur allegatæ consanguinitatis indicium, junctis his quæ *Castilb. d. cap. 123. n. 12. prope finem.* Neque dicas personæ identitatem ex illa non probari, quæ secundum juris regulas concludenter comprobanda est, nam cum in antiquis simus, nominis identitas præsumi facit corporis identitatem tenet *Castilb. d. cap. 123. num. 12.* ubi plures refert, quia in nomine, ac cognomine hominis pluralitas non præsumitur, *Mier. de maiorat. 2. p. 9. 7. num. 88.* Ulterius aliud, & fortissimi fundamentum ex instrumento à fol. 315. elicitur, constat quippe quod Didaco vita functo, in partitionum iudicio, legitima portio Alvari uxori assignata fuit, quem illius generum fuisse attestantur genealogici; quorum assertiones hoc oblato antiquo documento evidenter verificantur prout intuenti fiet palam. Neque iterum dicas instrumenta hæc exemplum exempli continere, in fideque ex hoc deficere juxta *text. in cap. 1. cum ibi notatis de fide instrum.* nam hoc in antiquis certè fallit, *Cov. practi-*

car. cap. 21. num. 7. *Scobar de purit. l. p. 9. 15. §. 3. num. 23. cum feqq.* solet enim antiquitas instrumentorum defectus regulariter supplere, *Scobar sup. §. 3. à num. 8. Menoch. lib. 2. præsumpt. 80. num. 2. Cyriac. controu. 204. num. 67.* Tandem ex testibus à fol. 111. quale quale resultat prætenfæ parentelæ fulcrum, quibus omnibus sedulo examinatis, consanguinitatis, ac descendentiæ probationem firmiter amplector, iusto interposito arbitrio, quod hac in materia totum regit, prout est in proloquio.

Quin contrarium evincat Reorum possessio, licet eam in dubio pro possessore iudicandum sit, brocardicum hoc cum mica fallis intelligendum est, in diuturno scilicet, ac pacifico possessore, cui possessio pro titulo interservit, quod impræsentiarum non verificatur, quare injustum possessorem habendum non esse pro possessore tenent *Matiens. in L. 5. recopil. lib. 5. gloss. 3. num. 2. tit. 7. Paz de Tenut. p. 1. cap. 33. num. 34. vers. in primis, & num. 35. 42. & 51.* ultra quod Actrix etiam possidet, & non sumus in dubio. Ex quibus, & dictis à charissimo Sodali utique etiam iudicatum revoco. Vlyssipone 28. Januarij 1685. Basto.

Realis movetur actio: ergo Reos possessores esse Actrix profitetur, non enim nisi adversus possessores hæc actio procedit, *L. officium 9. ff. de rei vindicat.* Res alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionem implenti, restituere cogitur, *L. fin. Cod. de rei vind.* An igitur Actrix suam impleverit intentionem, disquirendum est. Res in facto consistit, hujus cognitio in probatione, probationis autem fides arbitrio committitur iudicantis, *L. 3. ibi: Tu magis scire debes, ff. de testibus, Ord. lib. 5. tit. 117. §. 12. in fin.* & licet *Reynof. obser. 46. num. 4.* dicat illud procedere circa qualitates testium, non verò circa dicta, id nobis agendum erit, ut probationum qualitatem in examen vocemus.

Maioratum ad se pertinere asserit A. tamquam à primo occupante recta lineâ sanguinem ducat, & ultimæ sit proximior possidenti, contendit enim in d. maioratu ab Ægidio instituto, primo Gondisalvum, ejus ex uxore nepotem, secundo Ioannem, tertio Didacum, successisse, huncque Didacum ex diversis matrimonijs diversos liberos procreasse, Antonium scilicet, & Guiomarem, Alvaro de Mesquita in matrimonium collocatam, ab hacque sese genus, & sanguinem derivare.

Hanc Guiomarem dicti Didaci fuisse filiam ex tertio matrimonio cum Maria Ro-

drigues de Araujo contracto susceptam, triplici medio A. conatur ostendere, testibus, instrumentis, & genealogicorum assertionibus, quod si assequatur in expedito res est, sed an assequatur, hinc sus caudam torquet.

Depositionibus testium ab Actrice productorum à fol. 106. attentissimè perlectis, talem consanguinitatem, aut Guiomaræ existentiam minimè probatam inveni, duo enim tantùm testes de illa meminerunt D. Franciscus de Meneses fol. 110. & D. Maria de Mesquita soror Actricis fol. 128.

D. Franciscus non ex propria scientia, non secunda asseveratione deponit: ad genealogicos codices se se refert, de quorum fide paulò infra agendum est, dicitque ex illorum lectione collegisse Didacum tertium maioratus possessorem, ex Beatrice Antonium, suscepisse, & ab aliquibus traditum, ex tertio matrimonio cum Maria Rodrigues contracto Guiomarem procreasse, & subdit: *E que a dita Guiomar Casco tem alguns por enlevo nomearse por filha de Diogo Casco, porque a fazem outros filha de Ioão Casco, em que começa outro ramo, dizendo alguns, que era irmã do dito Diogo Casco, & filho do dito Ioão Casco, segundo possuidor do dito morgado, mas que a outra opiniam he a mais certa.* Et inferius ad sextum libelli articulum: *Acabada a linha, deve vir o morgado à dita Guiomar Casco, se ella fosse irmã do dito Antonio Casco, & filha de Diogo Casco, terceiro possuidor, porém que conforme a variedade dos Livros de familias, que tem visto elle testemunha, tem por mais provavel ser a dita Guiomar Casco, filha de Ioão Casco.*

Plura quidem notanda hoc testimonium exhibet, primum repugnantiam in ipso teste. Superius dicit sibi veriore esse opinionem, quæ Guiomarem Didaci filiam facit; inferius dicit sibi probabilius esse dictam Guiomarem esse filiam Ioannis, & credemus testi sibi ipsi contradicenti, & repugnanti? Quo text. in *L. ubi pugnantia ff. de regul. jur.* dispositionem ablegamus; si vacillanti testi nulla fides adhibenda est, *Ord. lib. 1. tit. 85. §. 1. vers. & attente bem.* cur non modo vacillanti, sed sibi contradicenti testi fidem adhibebimus?

Notanda etiam verba illa: *Conforme a variedade.* Quæ ergo fides varianti? Eadem *Ord. ibidem, ibi: Ou se variaõ.* Notandum etiam eundem D. Franciscum fol. 173. pro Reis deponere sibi probabilius esse in libris suis, dictam Guiomarem filiam fuisse cujusdam Ioannis Casco, qui in Transtaganam Provinciam venerat, quin cujusnam filius sit, declaretur; ex dictis constat, quam fluxa

parvi que pendenda hujus testimonij fides. D. Maria de Mesquita Actricis soror est, illiusque dictum, ac fidem non solum sanguinis necessitudo, sed & successionis commodum non longè remotum enervat.

Cæteri verò testes nihil ad rem; nullus enim Guiomarum meminit. Secundum probationis species documenta, sive instrumenta; omnia illa integrè seduloque legi, imo, & relegi, & neque enuntiative probare Actricis intentionem asserere audeo.

Primum instrumentum fol. 273. tantum productum videtur, ut constet institutorem feminas à maioratibus successionem non exclusisse, sed de eo pro nunc, quidquid sit. Secundum fol. 297. dotale instrumentum inter Didacum Casco, & Mariam Rodrigues de Araujo, quod filiam fuisse dictam Guiomarem Actrix pertendit; sed ex tali instrumento id minimè probatur, non enim sequitur, Didacum, & Mariam contraxisse matrimonium; ergo Guiomarem procreaverunt.

Inferitur ibidem fol. 300. instrumentum quoddam divisionis per transactionem celebratæ inter Didacum, & Goadisalvum fratres, sed quantum unum, tantum aliud instrumentum evincit, & utrumque nihil: esto probet hoc ultimum, Didacum illum, de quo loquitur, Ioannis filium fuisse, quid hoc, ut probet hujus Didaci filiam fuisse Guiomarem?

Tertium fol. 310. nos docet quamdam Antoniam de Lemos (notandum ex genealogicis relationibus à fol. 321. constare fides sit penes auctores) Franciscum de Mesquita, Alvari illius, quem cum sua Guiomarem matrimonium contraxisse Actrix asseverat, filium, quamdam Juliam de Lemos duxisse uxorem, se, & Roderico, & ejus filio Augustino esse consanguineam, quid tamen inde? Non sanè constat aliud, quam audivisse testes Didacum Casco de Vasconcellos, Francisci de Mesquita esse fratrem patruelem, at verò hunc Franciscum fuisse filium illius Guiomarum, & hanc filiam fuisse Didaci Casco neque enuntiative exponit, præterquam quod illi testes absque partis alicujus citatione producti sunt, & 53. abhinc annis; quod quidem tempus ei, quo dicitur Didacus vixit, proximius erat.

Non me latet, ea, quæ antiqua sunt, plenè per testes ex auditu probant, juxta ea quæ eleganter *Menoch. de arbitr. casu 485. à n. 10.* Sed qualitates, quibus hi testes deponere debeant, ut eis credantur, idem *Menoch. ibidem à n. 12.* exponit, & nulla in dictis testibus reperitur.

Huic instrumento robur adjici intenditur alio documento à fol. 315. ex quo deduci pertenditur morte Didaci illius, quem Guiomarum patrem Actrix affirmat, celebratam divisionem, & Alvaro de Mesquita, quem Guiomarum illius virum affirmat Actrix, & Andreæ Casco portiones fuisse assignatas, quasi hinc inferatur uxorem dicti Alvari, à quo Actrix descendit, filiam fuisse Didaci, & Andreæ sororem, quod confirmatur ex verbis ejusdem instrumenti fol. 317. ibi: *Os quaes pertencem aos filhos de Beatris Correa*, quæ secundum geneologistas una fuit ex Didaci uxoribus.

Fateor ex omnibus, quæ pro se produxit Actrix, hoc fortius esse documentum, non enim negant Rei Actricem ab illo Alvaro de Mesquita genus deducere, non constat, cum aliam duxisset uxorem; ergo si Didaci hæres fuit, per uxorem fuisse hæredem credendum est: ergo illa Didaci filia. Sed adhuc non concludit, tum ob non irrefragabilem illius documenti fidem ex notatis à doctissimo Reorum patrono, tum etiam quia, & si antiquitas illi auctoritatem præstet, duobus periclitatur. Primo, quia enuntiatio, ut probet, debet esse clara, & non talis, ut ex ea necesse sit argumentari pluribus, *Scobar de purit. p. 1. q. 15. num. 55.* at verò in dicto documento Guiomarem extitisse, & filiam fuisse Didaci, non clarè, & perspicuè enuntiat, ut præ oculis legenti erit. Secundo, quia & si clarè enuntiaret, adhuc non sufficeret; non enim sufficit unicum documentum, quantumcunque antiquum sit *Scobar proxime num. 57.* nos autem in præsentem nullam aliud instrumentum enuntiativum habemus, illud namque præcedens à fol. 307. 53. abhinc annis confectum est anno nimirum 631. antiquitas verò instrumentorum centennaria requiritur. Idem *Scobar ibidem num. 50.*

Iam ad tertiam, & ultimam speciem probationis accedamus: geneologistarum testimonia proferuntur, qui à fol. 321. constanter referunt Alvarum de Mesquita, Guiomarem, Didaci Casco filiam, uxorem duxisse. Tantorum geneologistarum assertioni ex animo assentior, præcipuè cum inter eos Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Inquisitoris Generalis attestatio splendescat, sed distinguendum est inter assertionem, & relationem, quod in libris scriptum est, voraciter referunt; at verò, an in libris voraciter scriptum sit, nulli diffiniunt. Siquis mihi mendacium dicat, & ego referam, mendacium referam, sed non mentior. Referunt ergo verosimode, quod sibi
libri

libri dicunt, at verum eſſe, quod libri dicunt unde conſtat? Agnoſco Caſtilho, qui Peregrinum hauſit, laramque à ſecundo Domino ſapientiſſimo laudatos geneologi- cis libris, fidem habendam eſſe decernerem, & plures alios, quos referre non vacat, ſed quam periculofum id ſit, quotidiana experi- entia edocemur, in præſenti multa repug- nant, primo, traditionem illam non eſſe cõ- ſtantem: patet tum ex teſtimonio Domini Franciſci de Menefes primo relati, tum quia aliæ geneologicæ relationes huic pro- ceſſui injuncto à fol. 201. nullam de hac Guiomare faciunt mentionem, & quod ma- gis eſt, idem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſi- mus D. Joſephus de Alencaſtre, qui aliam relationem fecit dicto fol. 201. &c. de filijs Didaci Caſco verba faciens, dictam Guio- marem non expreſſit, & in epiſtola à fol. 204. de alia Guiomari, Chriſtophori Men- de de Carvalho uxoris, tantum meminit. Alia relatio fol. 208. affirmat quemdam Io- annem Caſco, cujus pater ignoratur, filiam cum Alvaro de Meſquita copuſſaſſe, & in hoc, cum eo convenit, quod deponit, & re- fert Dominus Franciſcus de Menefes ſupra, ita ut iſtæ relationes geneologicæ ſe ad in- vicem confundant, tanta varietas eſt; non ergo exiſtimandum DD. illos huic varietati in hæredum favorem, rei que tam dubiæ, & ancipiti credendum exiſtimari, neque etiam dicendum, tam fluxa, levi que probatione Actricem intentionem ſuam impleviſſe, ut dicta *Legi finali Cod. de reivend.* ſatiſfactum eſſe arbitramur; teneat igitur iudicatum. Ulyſſipone 16. Februarij 1685. Pereyra.

Non dubitant nobiliſſimi litigantes de probatione conſanguinitatis uſque ad illum Didacum Caſco incluſivè Ioannis filium, & Gondivalvi primi poſſeſſoris nepotem, hoc quippe probant; & aſſerunt certitudines il- læ à RR. productæ à fol. 196. Nec etiam hæſitatur illum Didacum tertium contra- xiſſe matrimonium cum quadam Maria Ro- drigues, ex qua Andream filium habuit, cum hoc etiam affirmat prædicta certitudo fol. 201. quibus adhibenda eſt omnis fides in odium producentium, quantumvis alias non ſint documenta, quibus de jure fides debeat ex communiffima ſententia, cujus Author fuit *Bald. in L. alia num. 3. Cod. his, quibus ut indign.* notat cum pluribus *Parej. de inſtrum. edict. tom. 2. tit. 7. reſolut. 3. n. 2. Surd. decif. 267. num. 2. Genoa de ſcriptur. privata lib. 1. q. 4. num. 159. Surd. conſ. 151. num. 16. verſ. etiam ſi eſſet*; noviffimè omni- bus relatis *Paul. rub. in reſolut. practicabil. cap. 58. n. 235. 236. & 237.*

Pars II.

His ſuppoſitis, hoc opponunt tantum in undecim contrarietatis articulo fol. 28. Guiomarem illam non fuiſſe filiam Didaci Caſco hujus maioratus tercij poſſeſſoris, nec etiam Alvari fuiſſe uxorem; quapropter, to- tus erit labor in probanda, vel excludenda filiatione, ac matrimonio Guiomaris; nam ſi ex probationibus pateſcit, filiam eſſe i- daci hujus maioratus ſucceſſoris, nec ex cõ- ſanguinitate reſpectu aſcendentium Didaci, nec ex Guiomaris deſcendentia dubitare licebit; tam quia illud tantum opponunt RR. tum quia factis ex proceſſu probatur evidenter Guiomaris ſucceſſio uſque ad A. derivata; erit ergo unica præſentis negotij indagatio, lineam, ac ſucceſſionem Didaci per introductionem Guiomaris redintegra- re.

Ego certè qua potui diligentia perinda- gavi hujus proceſſus probationes, & firmi- ter credo Guiomarem illam filiam eſſe præ- dicti Didaci maioratus poſſeſſoris; habemus namque indubiè ex proceſſu probatum Al- varum matrimonium contraxiſſe cum Guio- mare Caſco; hoc ſanè probant certitudines pro utraque parte productæ; & hoc etiam fatentur RR. in undecim contrarietatis ar- ticulo fol. 28. hanc eſſe eandem Guiomarem Didaci filiam probat optimum illud docu- mentum fol. 316. ibi namque habemus Al- varum de Meſquita ex capite uxoris, & An- dream Caſco inſimul ad hæreditatem Di- daci communis parentis pro æquis, ac legiti- mis portionibus admiſſos fuiſſe; ibi etiam conſtat Beatricem Corream Antonij Caſco uxorem ex capite filiorum etiam admiſſam fuiſſe ad legitimam marito debitam fol. 317. ibi etiam fit mentio Mariæ Rodrigues de A- ranjo, Didaci tertix uxoris, quæ omnia ple- nè conveniunt cum certitudinibus pro RR. productis, ex quibus fol. 201. verſ. edoce- mur de matrimonio inter Didacum, & Ma- riam Rodrigues, quod etiam confirmat illu- ſtris ille teſtis fol. 110. & evidenter proba- tur ex illo antiquiſſimo documento à fol. 299. conſtat etiam ex iſdem certitudinibus Antonium Caſco filium eſſe Didaci fol. 197. matrimonioque copulatum fuiſſe cum Bea- trice fol. 197. ac tandem, ut in omnibus con- ſonum ſit prædictum documentum proba- tionibus contra producentem factis, etiam ex certitudinibus fol. 208. atque ex illuſtri te- ſte fol. 173. ſaltem ſuademur, prædictum Al- varum uxorem habuiſſe ex nobili familia dos Caſcos deſcendentem.

Hæc omnia ſic non infeliciter concordata, non levem præſtant authoritatem præ- dicto documento fol. 316. imòque magis ſe-

R iiij

quenda

quenda est probatio in antiquissimæ con-
sanguinitatis quæstione, quàm illa, quæ ita
efficaciter ex contraria probatione coadju-
vatur? Hoc certè est optimum hujus docu-
menti adminiculum, inter dubias namque
antiquissimi negotij probationes, illa A pro-
batio, quæ ita consona est RR. probationi-
bus, ut pote magis verosimilis, prudenter am-
plectenda est *argumento text. in L. obcarmen*
§. final. ff. de testib. notat Mascard. de probat.
tom. 3. concl. 1404. à num. 4. Cassanat. conf.
38. num. 31. latissimè Castilb. contr. lib. 5.
cap. 63. n. 14. ubi plures refert.

Comprobatur etiam prædicti documenti
fides ex illo etiam documento fol. 297. au-
thoritate judicis transcripto, ut patet fol.
302. ibi: *Pelo Doutor André Serrão do seu*
Dezembargo, & Iniz da Chancellaria, &c.
que este trespado mandon passar, fazendo au-
diencia dos agravos. Quali tunc observa-
retur circa faciendas audientias gravami-
num, Ord. dispositio lib. 1. tit. 5. §. 15. quæ
postea revocata fuit, ex quo documento con-
stat Didacum, & Gondisalum Casco fratres
esse, ut etiam declarat certitudo fol. 201. ibi
etiam enuntiativè probatur Gondisalum
Casco in Insula matrimonium contraxisse
fol. 300. ibi: Hũa Procuraçãõ de Maria de
Betancor sua mulher, &c. Taballiaõ na Ilha
do Funchal da Ilha da Madeira. Quod etiam
probatur ex certitudine fol. 201. in princip.
ibi etiam habemus Didacum filium fuisse
Ioannis Casco fol. 301. illumque maioratum
possedisse, in quo etiam consonum est præ-
dictum documentum, omnibus ferè certitu-
dinibus pro Reis productis, ac tandem ex
eodem documento fol. 297. saltem enuntia-
tivè probatur litem motam fuisse super hæ-
reditate Didaci inter Alvarum de Mesquita,
& hæredes Didaci, ut patet dicto fol. 297.
ibi: Hum feito entre partes, a saber os berdei-
ros de Diogo Casco como AA. contra Alvaro
de Mesquita, & Diogo de Mesquita, ibi: Por
razãõ da partilha da fazenda, que ficou por
morte de Diogo Casco, &c. quæ enuntiativa
inscriptio eadem est, atque illa de qua in cer-
titudine fol. 315. ibi: Hum feito dos herdeiros
de Diogo Casco contra os Mesquitas, & utri-
usque certitudinis Scriba fuit Leo do Sei-
xo, gravaminum scriba, ut utraque certitu-
do declarat.

His suppositis, ubi non dubitant RR.
Aëtricem à Guiomare Casco descendere, &
ubi solùm dubitatio est; an Guiomar Cas-
co, quæ uxor fuit Alvari de Mesquita, sit Di-
daci filia, quæ magis exoptanda est probatio.
ad confirmandam antiquissimam filiatio-
nem, quam quæstio super diminutione in-

ter Alvarum ex capite uxoris, & alios supra
scriptos cohæredes, qui in omnibus ijdem
sunt, atque illi, qui incertitudinibus pro
RR. productis referuntur, atque illa legi-
timæ adjudicatio Alvaro per interpositam
uxoris personam, quando filijs, ac filiabus
primo loco legitima paterna, ac materna de-
betur, *Aub. de hæredib. abintestat. §. quia*
igitur collat 9. ibi: Primam esse disponimus
descendentium successionem text. in §. 1. inst.
de hæred. q. abintestat. &c. §. sui inst. de hæred.
qualitat. & different. Ergo benè sequitur,
quòd illa Alvari uxor, quæ apud certitudi-
nes à RR. productas, Guiomar, vel Marga-
rita Casco dicebatur, filia erat Didaci, suppo-
sito quòd per illius mortem legitimam con-
sequuta fuit, ut probat prædictum documē-
tum.

Nec dicendum est, quod hæc probatio est
enuntiativa, quæ non sufficit; quoniam ul-
tra quam quod in antiquis sufficit enuntia-
tiva probatio, ut omnibus in materia relatis
probat *Genoa de enuntiativ. verb. lib. 1. q. 4.*
à num. 44. cum seqq. ubi refert Alex. Iason.
Mench. Reminald. Fachin. Mench. Barde-
lon. & alios Augustin. Barbos. qui plures re-
fert in collect. ad cap. cum olim 19. de censib.
num. 8. Verum est dicere, quod prædictum
documentum, in quo transcriptæ apparent
divisiones post mortem Didaci factæ, non
probat enuntiando, sed referendo, & illa est
virtus instrumenti, quod non solum plene
probant illa super quibus fuit directè confe-
ctum, sed illa quæ ex dicto documento indi-
rectè probantur, ac virtualiter colliguntur
ad optimum text. in cap. cum olim n. 6. & 7.
ubi refert Surd. Sesse, & alios eleganter, &
latissimè Pacian. de probat. lib. 1. cap. 26. n.
68. 69. 70. cum seqq. ubi alios refert. Vnde
quando ex dicto documento expressè patet,
quod Guiomar, vel (inquam) Alvari uxor
legitimam habuit in paterna Didaci hæredi-
tate, benè virtualiter colligitur Alvari uxo-
rem filiam esse Didaci, cum ex hoc solo fun-
damento in hæreditate Didaci portionem le-
gitimam consequi potuisset, ut supra nota-
vimus.

Nec dicendum est, quòd prædictum do-
cumentum fol. 315. tanquam exemplum ex-
empli nihil probat, juxta vulgarissimam
DD. traditionem, quoniam ego firmiter
credo certitudinem hanc deductam, & trans-
criptam fuisse ex proprio inventario, ut asse-
rit scriba dicto fol. 315. ibi: *No qual feito es-*
taõ huns inventarios, dos quaes, & de certos
capitulos, & digoens delles, o trespado he o se-
guinte. Et in scriptura fol. 297. declarat idem
scriba, quòd certitudinem illam transcripsit,

non ex proprijs, ſed ex exemplis, ibi: No qual feito foraõ apresentados os treslados de certas eſcrituras, o treslado das quaes, &c. Vnde ex differentia utriusque deallegationis par eſt credere, quòd prædicta illa certitudo fol. 315. transcripta fuit ex proprio inventario, quippe aliud non declarat ſcriba, prout declaravit in illo exemplo fol. 297.

Verùm, quidquid de hoc ſit, & quamvis exemplum exempli illam ſcripturam, vel documentum ſupponamus, ſemper credendum eſſe prædicto documento dicerem, quia illud exemplum transcriptum ex alio, quod in aliquo proceſſu approbatum fuit, æquè probat, atque originalis exemplum, cum exemplum inventum inter acta iudicij originalis virtutem contineat ad gloſſam communiter receptam in *L. chyrographis ff. de adminiſtrat. tutor. ubi Bartol. num. 2. Paz de tenut. cap. 26. num. 63. verſ. ſed nihilominus*, notat infinitis citatis, *Paris. de inſtrumentor. edit. tit. 1. reſolut. 3. §. 4. num. 9. & 19. ac 20.* tum quia exemplum confectum ultra centum annos, etiam quando adverſa pars contradicit, & etiam quando de notoria non conſtat, plenè probat *Gratian. forenſ. cap. 554. num. 35. cum ſeqq.* In finitòs refert *Pareja de inſtr. edit. dict. tit. 1. reſolut. 3. §. 3. num. 59. Paz de tenut. cap. 25. num. 17. Menoch. conf. 745. n. 6. Poſth. de manu. obſ. 98. num. 17.* ubi plures citat *Scob. de puritat. 1. p. 9. §. 3. à num. 23. & 24.*

Et quando ſupra citati DD. & alij, quos referunt ſapientiffimi Conſenatores, primo, ac ſecundo loco deliberantes, prædictam cõcluſionem abſolutè comprobant, quid erit dicendum in præſenti, ubi exemplum transcriptum fuit anno 1554. ut patet fol. 308. & ubi prædictum documentum adjuvatur alio documento fol. 297. atque etiam conſonum eſt certitudinibus pro RR. productis? Deinde comprobatur ex illo teſtium inſtrumento fol. 310. cum ſeqq. & tandem confirmatur ex certitudinibus à fol. 321. Si ergo hæc non ſufficiunt, penitus evanuit ſpes probandi factum, quod hominum memoriam excedat; igitur RR. condemnarem ad reſtituendum maioratum cum fruſtibus à lite conteſtata. Ulyſſipone 8. Aprilis 1685. Carneyro.

No feito de Briatis Simoens, como tutora de ſeu filho Manoel Caminha da Rocha, contra Antonia da Rocha Paris, Eſcrivam Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu em reviſta a ſentença ſeguinte.

Acordam em Relação, &c. Nam foi bem julgado pelo Iuiz, em abſolver o Reo do pedido pela A. revogando ſua ſentença, viſtos os autos, & como ſe prova concludentemente,

que a A. he do ſangue do inſtituidor do morgado, de que ſe trata pela parte dos Rochas, & que o R. conforme as qualidades, que nas peſſoas dos que houverem de ſucceder neſte morgado ſe requerem conforme a inſtituição delle, não he capaz de ſucceder no dito morgado, por haver ſido ſeu pay filho natural, & como tal excluido expreſſamente na fórma da ſucceſſão: & viſto outrosim, como o deſeito allegado contra a peſſoa da A ſenaõ prova legalmente, & ſenaõ moſtre, que outra alguma peſſoa eſtã em melhor grao, que a A. para ſucceder neſte morgado, na fórma pelo inſtituidor determinada; Mandaõ, que o R. abra mãõ dos bens do dito morgado, & os entregue à A. com os fruſtos da lide conteſtada por diante, que ſe liquidarãõ na execuçaõ deſta ſentença. E pague o Reo as cuſtas dos autos de ambas as inſtancias. Porto 24. de Janeiro de 1671. Doutor Portugal. Leytãõ.

Hęc ſententia fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

Hujus contentionis deciſionem pendere intelligo, an Aëtrix ſit de ſanguine inſtitutoris hujus maioratus Franciſci à Rocha Paris, ex parte dos Rochas? Et probatum venire exiſtimo.

Aſſirmant enim teſtes Aëtrici omni exceptione maiores ultra alias minoris fidei, Aëtricem filiam eſſe legitimam Mariæ à Rocha Paris, & illam filiam eſſe legitimam Agnetis Dias à Rocha proavia Aëtriciſ, quæ Agnetis Dias à Rocha ſoror erat Violantæ à Rocha matris inſtitutoris dicti maioratus Franciſci à Rocha Paris, & ita probatur Mariam à Rocha Paris aviam Aëtriciſ patruelem ſororem eſſe inſtitutoris, & per conſequens Aëtricem neptem conſobrinam inſtitutoris, & non conſtat alium conſanguineum in meliori gradu exiſtiſſe.

Deinde probatur Aëtricem inſtitutoris conſanguineam eſſe, venientem ex cognomento dos Rochas ipſiusmet inſtitutoris, quod probatur ex eo, quia cum Agnetis Dias à Rocha proavia Aëtriciſ eſſet ſoror Violantæ à Rocha matris inſtitutoris, unde ei cognomentum à Rocha provenit, recte fit Aëtrici ab eodem fonte cognomentum à Rocha provenire.

Et quamvis aliqui teſtes de auditu deponerent, etiam tales ſufficiunt, quia deponunt de re antiqua, ita *Surd. tom. 2. conf. 410. num. 37. Barb. ad Ord lib 3. tit. 55. concl. 2. num. 5.* & quos ibi refert, & ſequitur. Maximè in probanda parentella, conſanguinitate, ſeu affinitate, ex *text. in cap. licet ex quadam de teſtib. & atteſtat.* & ſaltem talis probatio transfert onus probandi contrarium in adverſarium

versarium, ita *Surd. decis. 145. num. 10.* & *DD.* ibi relati, & etiam testes de credulitate probant in antiquis, tenet *Barbos. d. tit. 55. concl. 5. num. 7.* & etiam domestici *Barb. ibi concl. 6. n. 7.* & *DD.* quos ibi refert, & sequitur.

Et cum non constet alium esse consanguineum in meliori gradu legitimum procedentem ex familia, & cognomento dos Rochas ipsiusmet institutoris, maioratum Aëtrici competere dico, ex vi institutionis dicentis successores ejus, & sanguine, & cognomento dos Rochas futuros esse.

Reus autem exclusus est per institutorem ex eo, quia filius est Antonij Caminha filij illegitimi patris Emmanuelis Caminha à Rocha, & non poterat succedere, ut videre est ex institutione fol. 5. ibi: *Nem ser à bastardo, senão de legitimo matrimonio, nem que seu pay, ou mãy fosse bastardo.* Quam testatoris seu institutoris voluntatem totam facere, & immobiliter observari debere publicè interest, ut tenet *Barbos ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 8.* & *DD.* quos ibi refert, & sequitur, testatoris enim voluntas seu dispositio pro lege habetur, juxta *text. in §. disponat in auct. de nupt. tit. 1. coll. 4.* *Reynof. obser. 7. n. 9.* per quam regi, & gubernari debet, juxta *text. in L. verbis legis ff. verbor. signif. L. in conditionibus 19. ff. condit. & demonstr. L. 1. Cod. sacros. Eccles. maximè cum sit aperta, & clara, ut est in præsentis, quæ facit cessare omnem ambiguitatem ad *text. in L. qui quartam ff. legat. 1. L. penult. ff. eod. tit. L. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. Gratian. forens. tom. 5. cap. 986. n. 2.**

Neque obstat mihi videtur dicere, institutorem dixisse ejus successorem fuisse optimi judicij, & moris, & Aëtrici deficere bonos mores. Respondetur enim, non rectè probari Aëtricem bonos mores non habere, testes enim, qui hoc deponunt, de auditu deponunt, & non probant, juxta *text. in cap. licet ex quadam de testibus, Gratian. forens. & tom. 4. cap. 753. n. 13.* & *cap. 662. n. 10. tom. 5. cap. 859. num. 24.* & nec ex eo per institutorem excluditur, sicut Reus excluditur, ut illegitimus, & maximè non constando de alio consanguineo legitimo procedente ex familia, & cognomento dos Rochas legitimo, qui cum Aëtrice competat, ex quibus RR. condemnarem, ut Aëtrici dimittant maioratum cum fructibus à lite contestata, sic revocando judicij sententiã. Portu 29. Decembris 1670. Leytao.

In sententia fol. 128. judicatum fuit per doctissimos Senatores, & per amantissimum Patrem, maioratum, de quo agitur, spectasse

ad Emmanuelem, qui fuit Rei avus, ut ex actis constat, eo quòd dictus Emmanuel proximior inveniebatur institutori, derivata in eum consanguinitate per viam sanguinis dos Rochas, ab institutore electum ad maioratûs successionem in testamento fol. 5. vers.

Non absque jurisprudentiæ fomento hujus sententiæ virtute intendit Reus se tueri, & in possessione maioratûs conservari, quoniam sententiã super qualitate sanguinis in favorem alicujus prolata jus facit, & prodest omnibus, quos illius, qui litigavit, genus pertingit, *Garcia de nobilit. gloss. 6. num. 48. Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. n. 3. in fin. Gregor. Lop. in L. 7. tit. 15. part. 4. gloss. 9.* quos, & alios per eum allegatos sequitur insignis *Valencia lib. 2. illustr. tract. de re judicata cap. 10. n. 16.*

Et insuper quia in hac specie maioratum verior censetur opinio asserens, quòd sententiã super maioratûs jure pronuntiata præjudicat omnibus successoribus in infinitum, etiam non citatis, nec per generale editum, nec aliàs litis notitiam habentibus, ut latè, & eruditè probat, & exornat, idem *Valens.* ubi supra num. 17. *Pinel. in L. 1. 2. §. Cod. de bon. mater. Suares alleg. 27. num. 1. Covas pract. cap. 13. num. 6. Gom. in L. 40. Tauri num. 73. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 3. & seqq.* sic limitata *decis. L. in diem 9. §. ult. ff. de aqua plu. arcend. & regula L. de unoquoque ff. de re jud. cum vulgatis.* Unde fit, quòd Aëtrici prodesse non poterant rationes, quas recitat, & probat ut patris sui negligentiam excuset, dum non ivit ad judicium cum avo R. & ejus contradictore.

Verùm his non obstantibus, meliorem esse causam Aëtrici judicare placet, quoniam ipsa probatam satis habet cognationem cum institutore ex parte dos Rochas proventientem, modo, quo in principio doctissimæ deliberationis observat præcedens dominus.

Deinde satis probatur, neque R. negat, se filium esse Antonij, qui fuit filius Emmanuelis, qui per sententiã supradictam obtinuit maioratum, & cum institutor in testamento fol. 5. excludat ab illius successione non solum naturales, sed etiam illorum filios, paterque R. genitus fuisset à D. Emmanuele Sacerdotij dignitate condecorato, rectè sequitur, quòd juxta institutoris voluntatem, & formam successionis ab eo assignatam, & ad unguem observandam, non valet R. maioratum obtinere.

Neque obstat authoritas sententiæ in favorem Avi R. prolata, ista namque non infringitur,

fringitur, quoniam dicta ſententia poterat decernere (ut decrevit) maioratum ad avum R. pertinere, ſed non poterat facere, quòd in illius linea continuaretur, ſiquidem cum erat Sacerdos, neceſſariò deducenda erat ad caſum prohibitum, nempe ad filios naturales expreſſè ab inſtitutore repudiatos.

Nihil facit contra A. quòd nec ipſa, nec ejus pater cognomento d. s Rochas uterentur, uſque ad principium litis, quod non bene probavit R. imò contrarium ſuadetur ex ſcriptura fol. 68. quoniam licet verum ſit, quòd inſtitutores onus hoc ſucceſſoribus valent imponere, nihil enim mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere, ut ait *Gayus in L. facta 63. §. ſi vero 10. ff. ad Senat. Conſul. Trebel* tamen certiffimum eſt, quòd vocati ad maioratum, quibus tale imponitur onus, ſatisfaciunt inſtitutorum voluntati nomen ferendo ex tempore quo obtinent ſucceſſionem, ut ex *d. §. 10.* aperte colligitur, & obſervat in ſpecie optime *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. n. 12. & ſeqq.*

Quòd A. probos non obſervet mores, ut inſtitutor deſideravit, non legitime probatur ad intentum, atque ita ex his, & ex dictis à ſuperiori domino Iudicis ſententia revoce- tur, & R. dimittat maioratum Actrici cum fructibus à tempore litis motæ. Porcu 24. Januarij 1671. Doct. Portugal.

Et cum ab hac ſententia fuiſſet gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatam, ibidem fuit confirmata vigeſimo tertio Januarij 1674. à Iudicibus, Vellez, & Doctore Tavares. Et fundata fuit in deliberatione ſequenti.

Actrix, & Reus quidquid dixerant legitime probarunt: Actrix non ſolum meretrix, ſed proſtituta, & adultera late convincitur; Reus, damnis patris ſui natalibus, longè ſuperbit. Utrique ergo congruit ubique patens primogenij exclusio ad fol. 5. *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* maxime quia cauſæ exclusionis Republicæ, familiæ, & bonis inſuper moribus æquè proſpiciunt, & ideo dignè obſervatione exiſtimantur, quia poſſibiles, juſtæ, & honeſtæ ſunt *L. Mævius, & L. qui hæredi ff. de cond. & demonſtr. Molin. de primog. lib. 2. cap. 12. num. 34. Valenſ. conſ. 25. num. 47.*

Cui ergo primogenium adjudicabimus? Reo ne? Fiſco? An Actrici? Pro Reo ſtat juris regula, quòd in pari exclusionis cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *L. in pari ff. de regul. jur. Surd. conſ. 151. n. 120.* Pro Fiſco *Ord. lib. 2. tit. 26. §. 19.*

Ego nihilominus pro Actrice reſpondeo, & moveor ea ratione, quòd in exclusione

Rei nulla eſt, nec eſſe poteſt ulla ratio dubitandi, ſiquidem inſtitutor aperte removet ſucceſſores ex illegitimo coitu, Reusque ita deſcendere ingenuè, & ſæpiſſimè fatetur, quare excludendus omnino eſt, & in omni caſu, atque eventu, nec ulla cauſa ulterius excogitanda admitti poteſt, quam obrem ex evidenti inſtitutoris præcepto, & ex notorio factò à ſe confeſſo legitime damnatus eſt, & in perpetuum ab ea ſucceſſione exclusus, ita ut nulla ei amplius ſpes ad ſuccedendum ſuperſit, *L. ſicut Cod. de repud. hæred. Gutier. 1. p. conſil. 46. n. 15.*

Cauſa verò, quæ Actricem poteſt exclude e, in factò etiam conſiſtit, videlicet in morum improbate, quæ quidem improbitatis nota per ſe notoria non eſt, nec eam fatetur Actrix, imò negat, & ideo probanda à Reo erat concludenter, quia uterque vices Actoris agit in probando ſuæ intentionis fundamento, ſive agat, ſive excipiat *Surd. conſ. 180. num. 16.* & licet demus hanc probatam concludenter exiſtere, magis concludenter probatur illegitimitatis nota, qua Reus à ſucceſſione arcetur, quia illa teſtibus, hæc oris confeſſione concluditur; probatio autem, quæ ex propria confeſſione judiciali dimanat, omnem aliam probationem longè exſuperat *Surd. conſ. 105. num. 16.* & ideo licet appellari regulariter poſſit à ſententia lata ex probatione teſtium, & publicorum inſtrumentorum, à ſententia tamen ex propria confeſſione lata non appellatur *Surd. conſ. 188. num. 7.* & eſt ratio ſecundum illud Ovidij.

Quia

Non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei.

Inſuper probatio, quæ per teſtes conficitur, multis calumnijs ſubjacet, atque periculis, quæ omnia, ex prece, ex pretio, ex odio, & ex particulari commodo, ſivè affectione quotidie experimur, maxime in illa regione, cujus meminit, & cavit *Ord. lib. 1. tit. 85. §. 5.* probatio autem, quæ oris confeſſione elicitur, nulli periculo famulatur, quia non niſi contentis voluntate emittitur; quapropter melior eſt probatio Actricis, quàm Rei, & ideo quia melius probavit victrix evadet, *text. in cap. licet cauſam de probat.*

Hucusque hoc dedimus, ut quæ in duriori cauſa victura erat, in faciliori triumpharet; nam Rei probatio etiam ſi Actricem urgere videatur, minus efficax redditur ex probatione Actricis, per quam melioris famæ, atque conditionis conſtituitur;

hoc autem in concursu, siue conflictu probationis plus deferendum est Actricis testibus, quam Rei, quia illi pro honore, & bona fama, hi verò aduersus utramque depouunt. Egregiè pro Actrice decertat pluribus rationibus *Valens. conf. 90. ex num. 49. cum seqq.* stet igitur iudicatum, quod rectè probò. Ulyssipone Decembris 23. anno 1673. Vellez.

A qua sententia fuit petita revisio, & fuit concessa virtute deliberationum sequentium.

Revisionem processus contendit, ut tutrix filij, misera vidua, quarum causas ipsemet Dominus valdè commendat: legi semel, iterum, atque iterum perlegi magna quidem animi tranquillitate, & summa mentis pensatione omnia ad iudicium interponendum necessaria, certus quòd in dubio apud nos potius deneganda est revisio, quam concedenda; quia in dubio revocanda non est sententia revisa, & tamen mens mea in revisionis concessionem absque dubio potius inclinat ex sequentibus fundamentis.

Primò: supplicata, ut ex inquisitionibus deprehenditur, legaliter non probat se institutorem attingere per sanguinem dos Rochas, ut necessariò requiritur in præsentis disceptatione, nam ad maioratus successionem debet consanguinitas in gradu specifico justificari, *Giurb. obser. 75. num. 26. Castilb. tom. 4. cap. 93. à num. 52 Phæb. 2. p. decis. 126. num. 44. Conducit Cab. 2. p. decis. 73. num. 13. vers. extra verò. Mascard. tom. 1. concl. 410. num. 21. Nec sufficiunt testes de auditu *Surd. decis. 145. Scobar de puritate, & nobilit. 2. p. 9. 4. art. 2. num. 97. cum multis Roxas de Rot. Rom. 260. num. 6. Cyriac. contr. 281. num. 12. & 13. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 9. num. 95. Fermosin. in cap. licet ex quadam de testib. 9. 2. à num. 1. Cephal. conf. 82. num. 9. Galeot. 2. tom. contr. 2. num. 53. Barb. in collect. ad cap. licet vot. 6. num. 7. & quamvis Scobar in p. 9. 9. §. 3. à n. 43. hoc tantum in matrimonialibus requirat, in secunda supradicta contrarium tenet, & sic se reformat, & pervalere debet ultima opinio cum dictis à num. 97. Peregr. art. 43. n. 63. Deinde probatio de auditu non valet, nec facit fidem nisi in antiquis, & antiquum dicitur, quod excedit metam centum annorum *Gam. cum multis decis. 88.* & aliqui testes institutorem Franciscum da Rocha in ostio limico cognoverunt. Vnde si supplicata fuerat ex sanguine dos Rochas, concludenter articulatam consanguinitatem probare poterat, sicque nihil ad contentio-nem facit probare, se esse ex sanguine dos**

Parises, quoniam institutor vocavit proximiorum ex parte dos Rochas cum cognomine Paris, licet tale cognomen non habuisset.

Neque nominatio, & tractatio consanguinitatis, vel agnationis in materia successionis probat consanguinitatem, *Surd. decis. 145. num. 5. & 151. num. 102. Grat. cap. 135. n. 4. Pereir. decis. 25. num. 7.* imò, ut aliquem effectum producere possit, debet fieri apud acta in iudicio, *L. unica §. similique modo 2. ubi gloss. verbo nominare Cod. de latina libert.*

Secundò: Institutor à successionem maioratus non solùm sanguinis impuros, & illegitimos exclusit, sed etiam vitiosos, ut ex institutione aperte inspicitur, cumque supplicata secundum ex actis plenè probatur, sit adultera, & publica meretrix, exclusam manet per institutionem, & maxima cum ratione; nam si maioratus instituuntur ad honorem, & memoriam ipsius instituentis, & perpetuam familiæ conservationem, ut tenent *Cald. conf. 32. num. 10. Cab. 1. p. decis. 133. num. 1. Ord. 4. tit. 100. §. 5.* licet in institutione non exprimat, quomodo inhonesta supplicata cum ignominia memoriæ, & familiæ instituentis (casu quo de consanguinitate constaret) & cum expressa exclusionem maioratum habere potest? Nescio certè.

Totam vim facit supplicata aduersus vitæ suæ probationem in hoc scilicet fundamento, quod licentiarum materia in prima, & secunda instantia fuerat articulata, & sic minimè in superiori admittenda, sed bene inspecto processu supplicantis, mater timore Ricardi ducis (qui in Regione Interamnenfi nimis validus erat) ausa non fuit supplicatæ turpitudines enunciatæ articulare, maximè quando accidere poterat, quòd testes metu Amasij supplicatæ, veritatem dicere noluerunt, sicque cum supplicans sit minor, & læsus, cui restitutio nunquam denegatur, nisi in casibus à jure expressis, *Reynof. obser. 30.* & sicut facilè læditur, facilè restituitur læsus *Menoch. lib. 3. præsumpt. 82.* meritò Iudices in superiori Senatu licentias concesserunt.

Tertiò: Supplicans licet exclusus etiam sit tanquam filius parentis illegitimi, attramen est Reus, & possessor, & dum non apparet alius contradictor, qui consanguinitatem, & institutionis requisita probet, conservandus erat in possessione sua, & potest se defendere ex non jure supplicatæ, *Noguerol. allegat. 26. n. 7.*

Et non moveor ex alio supplicantis fundamento, nempe, quod ille ex justis nuptijs

est procreatus, quippe respondetur, quod cum proveniat à radice infecta, & non solum eius pater sit exclusus, sed etiam ipsemet supplicans, frustra ad hoc fundamentum recurrit; deinde licet supplicans expressè exclusus non fuisset per institutionem, sufficiebat parentis defectus, nam is plus iuris habere non potest, quam pater, & in iure actum est, quod in maioratu spurij, nec naturales succedere possunt nisi vocentur, aut aliter ex institutione colligatur, ut deducitur ex *Ord. lib. 4. tit. 100. in princ. ibi legitimos cum §. sequentibus, Phœb. 1 p. decis. 97. n. 3. & 27. Mend. 2. p. lib. 1. cap. 2. num. 3. & 6. eleganter Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 46. & lib. 3. cap. 3. n. 45. & quos Barboſ. ad dict. Ord. §. 7. n. 3.*

Quarto: Potest evenire, quod nullus appareat institutoris consanguineus, qui illum attingat per sanguinem dos Rochas, licet appareat per lineam dos Parises, quoniam per hanc non intravit ultimus possessor, & nunc deficientibus omnibus legitimis consanguineis, aut ijs non apparentibus, ne bona efficiantur vacantia, admittendus est naturalis, ex *Azeved. Mierr. Decio, & alijs tenet Flores lib. 1. var. quest. cap. 16. §. 2. num. 8. Castilb. lib. 5. quod. cap. 82. n. 49.*

Quibus ita consideratis, revisione dignum procellum dicerem. Vlyſſipone 4. Martij 1677. Oliveyra.

De maioratus successione agitur instituti à Francisco da Rocha Pariz anno 1625. cuius institutio invenitur in appendice B. ubi ad hunc maioratum vocavit tantum consanguineos ex familia dos Rochas, & inter alias clausulas requirit fol. 6. ad successionem maioratus bonis moribus imbutos, & excludit malis moribus maculatos, sicut & filios naturales, vel bastardos, atque filios eorum.

Supplicans, licet legitimus sit, tamen est filius Antonij, qui naturalis, & non legitimus filius erat Emmanuelis, qui legitimus administrator fuit, & possessor hujus maioratus ex sententia Senatus, quæ est in Appendice A. qui Antonius per obitum patris occupavit possessionem istius maioratus, & deficiente eo, supplicans ejus filius eandem intravit possessionem, cum essent ab institutore exclusi, & propterea à supplicata Actrice contra eum proposita actione rei, vindicare tentavit hunc maioratum, tanquam consanguinea ex familia dos Rochas, expressè ab institutore vocata, & tandem per sententiam utriusque Senatus obtinuit; verum hanc sententiam indigere revisione teneo, tanquam injustè prolata.

Quamvis enim supplicans sit specialiter

Pars II.

prohibitus, & exclusus ab institutore, quia est filius bastardi, tamen cum esset in possessione istius maioratus, non poterat excludi nisi ab illo, qui esset de familia expressè vocata, & haberet qualitates ab institutore requisitas, aliàs obstabat ei regula *L. loci corpus §. competit ff. si servitus vindic. & alia regula L. in pari causa ff. de regul. jur.* quoniam cum ambo sint, scilicet, supplicans, & supplicata, exclusi ab institutore, in pari causa exclusionis melior erat conditio possidentis, non enim poterat excludi nisi ab eo, quem vocaverat institutor.

Supplicata malis moribus maculata probatur dilucide, turpem vitam agendo mæchæ cognoscitur; quid mali peius in mulierum moribus? Quid expressè institutoris voluntati magis contrarium? Incapax igitur est possidendi hunc maioratum, & multo fortius eum rei vindicandi contra repugnantem institutoris voluntatem.

Nec pro sententia facit illius totale fundamentum, quod scilicet incapacitas supplicantis ex patris illegitimitate, probetur ipso confessione, & impudicitia supplicatæ probetur testibus, ut inde deduci possit infalibilem esse probationem incapacitatis supplicantis, & falibilem, ac minus veram probationem incapacitatis supplicatæ, nam in rebus humanis probandis non requiritur certitudo evidentia, quia etsi adsit probatio testium, vel etiam propria hominis confessio, non propterea evidens fit intellectui illud delictum per accusatum fuisse perpetratum, potuerunt namque testes, & confessus mentiri; sufficit igitur certitudo fidei, quoniam idonei testes, vel propria confessio sufficientes causæ sunt ad terminandum nostrum intellectum, ut fidem adhibeat prædictis probationibus, & credat indubitate rem ita gestam fuisse, ut cum *Caietan. 2. 2. q. 60. art. 3. tenet Barboſ. ad L. 1. in princip. p. 1 num. 92. ff. de solut. matr.* Et hoc juris principijs est consentaneum, aliàs inutilis esset omnis probatio, quæ ex ore Rei non emanasset, & tituli utriusque juris de testibus, & de probationibus essent superflui, & nullius momenti, quod non est dicendum.

Cætera quæ ad propositum casum adaptantur optimè de more concessit sapientissimus Dominus proximo loco deliberans, quæ repetere supervacaneum erit; solummodo expendam, quod in materia maioratum datur casus, quo naturalis, vel bastardus succedere possit, deficientibus, scilicet, consanguineis, ac extincta familia vocata, quoniam licet naturalis, vel bastardus non admittatur regulariter, quia juris censura, nec de domo

S

est,

est, nec de familia, tamen ex conjecturata mente institutoris hoc casu admittendus erit, cum sit verosimile institutorem admittendum non tantum naturalem, sed etiam spurium, si interrogatus esset, vel cogitasset extinctionem familiae eventuram, imo pro expresso id habendum est, magis enim institutoris memoriae, nominisque conservationi interest in naturali, & spurio etiam maioratus conservari, ubi consanguinei omnes legitimi deficiunt, quam extinguere, & cum eo memoria, & nomen ipsius instituentis, optime *Mier. de maiorat. p. 2. q. 2. num. 27. & seqq.* quem sequitur *Castil. lib. 5. cap. 82. n. 49. & 50.* Cum ergo supplicata incapax sit, & expressè ab institutore exclusa, non poterat excludere supplicantem à maioratus administratione, & sententia eum excludens injusta reperitur, ac ideo indiget revisione. *Vlyssipone 3. Maii 1677. Vanvessem.*

Sed his non obstantibus lata fuit sententia sequens.

Acordão em Relação, & c. Visto o Decreto do dito Senhor, porque mandou rever este feito, nam he aggravada a supplicante pelos Desembargadores dos agravos Juizes delle; cumprase sua sentença por seus fundamentos; & pague a supplicante os autos, & a condenação no perdimento da causa, & aliviação ao Advogado da condenação. Lisboa 17. de Março de 1678. Doutor Freyre. Cerqueira. Sylva & Sousa. Quifel. Andrade Rua.

674 No feito de Belchior Pimenta da Sylva, com os Irmãos da Misericordia de Viana, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

Acordão os do Desembargo, & c. Nam foi bem julgado pelo Juiz, em absolver os Reos do pedido pelos AA. & em julgar pertencer a Capella, de que se trata, aos Reos, & não aos AA. revogando sua sentença, vistos os autos, & como das palavras da instituição se mostra fazer o instituidor outra forma de successam, dizendo, que o ultimo administrador nomeasse dos descendentes quem quizesse, & como depois da morte do primeiro chamado, ficasse à Freyra Maria de S. Francisco, neta do instituidor, & nomeasse o A. nos quaes termos expirou a vocação da Casa da Misericordia, que só foi feita no caso primeiro, em que nam ouvesse netos, & não na segunda forma de succeder, como expressamente se vê das palavras da dita instituição, no que se collige foi vontade do instituidor, se perpetuasse a sua familia, o que nam podia ser succedendo a dita casa; & posto que o A. nam seja descendente do instituidor, basta conforme a Direito, que seja da mesma familia, posto que transversal, para po-

der ser nomeado na successam da dita Capella, principalmente nam sendo a contenda com descendentes do instituidor, & posto que o A. prove a dita consanguinidade por testemunhas de ouvida, estas em tal caso fazem de Direito legitima prova com a declaração da antiguidade, & das pessoas anteriores a quem o ouviram, & tiveram noticia do parentesco, que sempre a dita Freyra reconhece, tratando ao A. por seu parente, para se haverem de excluir os Reos, aos quaes mandão restitução os bens da dita Capella, com os frutos da lide contestada em diante. E paguem outrosim os Reos as custas dos autos de ambas as instancias. Porto 22. de Fevereiro de 1672. Guevara. D. Portugal. Leytão.

Hæc sententia fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

In hoc processu agitur de successione Capellæ, quam de tertia bonorum suorum instituit Franciscus Annes Lamego in suo testamento fol. 43. dicens pro primo Domino, & possessore Franciscum Iacome Bezerra ejus generum nominare, cum facultate nominandi unum ex nepotibus ipsiusmet institutoris, quem vellet, & nepotibus ipsius institutoris non existentibus, idem Franciscus Iacome Bezerra Misericordiae Villæ de Viana nominaret, cum declaratione, quod manente filio alicujus nepotis, ille succederet, & non misericordia, & quod successores post dictum Franciscum Iacome accrescerent Capellæ quatuor mensuras, & post nepotes, & generum Capella in nominatione incederet in illo, cui melius possessori Capellæ videretur.

Super quibus verbis dubium vertitur, an Maria de S. Francisco Monacha neptis institutoris, & successor dictæ Capellæ facultatem haberet nominandi Actorem, ut consanguineum ejus ex parte institutoris, & virtute nominationis ei per illam factæ, successio Capellæ Actori pertineat, an dictæ misericordiae illius possessori.

Secundum dubium vertitur, an A. probet parentelam, ad hoc ut virtute illius, & nominationis Capella Actori pertineat?

Circa primum dubium institutorem per verba clara, quæ non recipiunt interpretationem, disposuisse videtur ad text. in *L. ille §. in verbis ff. legat. 3. L. jam hoc jure §. hoc ita ff. vulg. & in terminis præsentibus Capellam de nominatione instituisse ad suum generum, & suos nepotes, & ad eorum successores, & solum voluisse dictum suum generum Misericordiae nominare, in casu quo nepotes non existerent, & ita sub ea dicta conditione; qua deficiente, quia extitit dicta*

Monacha

Monacha Maria de S. Francisco neptis institutoris, quæ in dicta Capella successit, defuit, & evanuit dispositio, ac si facta non fuisset respectu domus Misericordiæ, ad text. in *L. cedere diem ff. verbor. significat. L. hac venditio in princip. ff. contrah. empt. L. pecuniam ff. si certum petat. L. necessario §. si pendente ff. commod. rei venditæ.* Quæ conditio inducitur per illa verba gerundij, ibi: *E sendo caso que haia netos; ex text in L. tu ex parte, ubi Bartol. ff. acquir. heredit. gloss. & Bald. in rubr. ff. de edendo.*

Et eo ipso, quod testator nominandi Misericordiæ facultatem genero suo præstitit deficientibus nepotibus, eis existentibus eum ab ea excludere censetur, *L. unica §. sin autem ad deficientis Cod. de caduc. tollend. L. cum pater 12. ff. de iudicijs, Cap. nonne de presump. Surd. de alim. tit. 1. q. 31. num. 17. & lib. 2. q. 15. num. 250. & tit. 9. q. 31. num. 4. Paul. Rub. Sacræ Rotæ dec. 152. num. 14.* Unum enim concedens, aliud negare videtur *Curt. Iun. conf. 42. num. 17. vers. ultimo respondeo.* quem refert, & sequitur *Surd. 2. p. conf. 313. num. 81.* Et etiam quia diversa ratio datur in dispositione, quam testator fecit non existentibus nepotibus, aut existentibus; quia existentibus illis censetur testatorem voluisse illos cum facultate nominandi manere, ut per verba expressa videtur declarasse in illis verbis, ibi: *E depois de seus netos, & genro, andarã em nomeaçãõ a dita Capella naquella que mais bem parecer ao possuidor della.*

Nec inconveniet dicere Actorem descendente ab institutore non esse, & institutorem voluisse descendentes ejus tantum successores futuros esse descendentes ex nepotibus; in institutione enim tale expressum non invenitur, & de jure in Capellis in defectum descendentium consanguineus transversalis proximior succedit, ita *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 39.* aut nominatus si Capella sit nominationis.

In secundo dubio circa parentelam deponunt de ea aliqui Actorum testes de auditu, qui in antiquis probant, tenet *Barb. in remiss. ad Ord. lib. 3. tit. 55. concl. 2. num. 9.* & saltem faciunt transferre onus probandi contrarium in adversarium *Surd. dec. 145. num. 10.* Sed in præsentem hanc opinionem non procedere existimo, quia agitur de probanda parentela ad effectum succedendi in dicta Capella, quo casu non sufficiunt testes de auditu, tenet *Castrens. conf. 56.* & deinde non sunt testes omni exceptione maiores, imo sunt soror, frater, & consanguinei Actoris, & cæteri testes deponunt tantum de

Pars II.

nominatione à Moniali Maria de S. Francisco nepte institutoris, & ultima possessore nominante facta, quæ nominatio pro se solum non sufficit, ita *Surd. dec. 145. num. 3. per text. in L. nemo ff. hered. inst. per quem inquit ita voluisse DD. ibi relatos; ex quo sequitur Actorem parentelam non probare, & ideo actionem non habere dicerem, sic sententiam Iudicis confirmando.* Portu 24. Decembris 1671. Leytão.

Dispositio testatoris, & institutoris Capellæ, de qua contenditur, relata fol. 46. tantummodo in defectum nepotum, domum confraternitatis Misericordiæ ad successionem vocavit, aliamque formam succedendi continet ad casum, quo nepotes extitissent, tunc enim prædictam confraternitatem non vocavit institutor, imo voluit quod ultimus administrator nominasset ex descendentes, quem vellet, ut aperte patet ex verbis testatoris fol. 47. & explicat doctissimus præcedens Dominus, cui dispositioni simillima est species, text. in *L. heredes mei 57. §. fin. ff. ad Trebell.*

Vnde cum post mortem primovocati extitisset Monialis Maria de S. Francisco neptis institutoris (quæ actionem nominavit) expiravit vocatio domus Misericordiæ, tantquam facta ad illum unicum casum non existentium nepotum, juxta text. in *L. filius familias 114. §. cum erit rogat. 13. ff. de legat. 1. L. heredibus 77. ff. ad Trebell.* Atque ita successit secunda forma succedendi per institutorem assignata in verbis ibi: *Com declaraçãõ.*

Et si ubi voluntas testatoris clarè significatur verbis, licitum est ad conjecturas recurrere, etiam illis stabilitur assertio supraposita; quoniam maioratus, & Capellæ instituantur ad conservandam familiam cum splendore, ut est notum, & ita non est credendum testatorem voluisse, quod bona vinculata ad Misericordiam devenissent, quando aliquis ex familia sua illis honorari potuisset, & quando descendencia conservari honorifice posset.

Non obstat dicere A. descendente non esse; sufficit enim quod sit de familia institutoris, licet transversalis, ut ad successionem Capellæ admitti, & nominari valuisset, ut ex *Molin.* probat præcedens Dominus; maximè quando per institutorem expressè non sunt prohibiti transversales, & quando prout impræsentiarum cum descendentes non est contentio Actoris, itaque quoad istam partem cum præcedenti Domino convenio.

Verum quoad probationem consanguinitatis

ratis illius placitum non sequor; quoniam licet Actor parentelam cum institutore probasset testibus de auditu, & fratribus, nihilominus tamen probationem sufficientem reputarem ad prædictam confraternitatem excludendam.

Ut supra demonstravimus, domus Misericordiæ tantum fuit vocata ad casum, quo nepos, aut neptis non extaret, atque ita remanente superstite D. Maria Moniali evanuit vocatio, & quælibet probatio cognationis sufficiens reputari debet, ad exclusionem Misericordiæ jus non habentis: aliter judicarem si A. concurreret cum alio cognato testatoris, qui esset in possessione, ultra quam quod agitur in præsentem de probanda re difficili propter temporis antiquitatem, & in his terminis admittuntur testes minus idonei, videlicet consanguinei, domestici, & alij qui alias non erant admittendi, *Anton. Gabriel de testib. concl. 13. num. 14.* cum pluribus *Larrea alleg. 48. n. 13.*

Et testibus de auditu in probatione rerum antiquarum integra fides datur, *Marrant. de ord. jud. p. 6. tit. de testibus product. num. 12.* maximè quando nominant à quibus audierunt *Valens, cons. 141. num. 11. Aug. Barb. voto 50. num. 32. & 34.* Cumque testes hoc modo deponant, & nominent personas, à quibus audierunt, quæ sciendi parentelam rationem habebant, & de antiqua agnatione deponant, legitimam judicarem istam probationem ad excludendam domum Misericordiæ jus non habentem, illamque teneri A. restituere Capellam dicerem, Iudice revocato. Portu 13. Februarij 1672. D. Portugal.

A principijs usque ad media doctissimarum deliberationum unanimes inveniuntur sapientissimi Patres, ac Domini mei: at tamen cum non semper extrema conjungantur, dissimiles se se ad invicem ostendunt circa confirmationem, & revocationem judicati; quare mihi incumbit breviter dicere, quod censeam super decisione hujus quæstionis, quæ tota consistit in probatione consanguinitatis A. qui quamvis eam probet testibus de auditu, in hac materia plenam faciunt probationem, ex *Cap. licet ex quadam de test. Farinac. in opposit. contra pers. test. q. 69. à num. 103. Mascard. concl. 104. num. 19. Surd. dec. 145. Mysinger. cent. 6. obser. 58.* præcipuè in re antiqua, ut in præsentem materia videtur: *Gabriel tit. de testib. concl. 3. num. 1. Mascard. de probat. concl. 104. num. 1. & 2. & concl. 395. Surd. conf. 410. num. 73. Garcia de nobil. gloss. 18. §. 1. Suar. de pas in pract. tom. 1. p. 1. temp. 9.*

num. 18. Farin. d. q. 69. num. 125. cum seqq. & num. 141. præcipuè declarantibus testibus personas, à quibus audierunt, ut impresentiarum, cum de antiquis rebus tractetur, admittuntur testes domestici, *Gabr. lib. 1. de testib. concl. 10. num. 63. Trentacinq. lib. 1. var. tit. de testib. resol. 1. num. 18.* Nec debent repelli fratres, cum non sint sub administratione per *Ord. lib. 3. tit. 56. §. 2.* quapropter probatio hæc sibi locum vindicare debet ad exclusionem domus Sanctæ Misericordiæ, conveniendo cum proximiori Domino. Portu 26. Februarij 1672. Guevara.

Ab hac sententia gravamen interpositum fuit ad Supplicationis Senatuum, ubi fuit confirmata à Iudicibus Vellez, & Cerqueira, quarto die Februarij 1673. & fundata in sequentibus deliberationibus.

Institutor Capellæ contentionis tantummodo vocavit confraternitatem Misericordiæ ad ejus successionem in defectum nepotum, aliamque formam succedendi instituit ad casum quo illi jam extitissent, tunc enim in isto casu institutor vocavit præfatam confraternitatem, imo voluit, quod ultimus possessor potuisset nominare ex descendantibus quem voluisset, ut patet ex verbis institutionis fol. 47. & voluntas institutoris in maioratibus omnia regit, & dominatur, *L. in conditionibus primum locum ff. de cond. & demonstr. L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 19.* & ita nullo modo à prædicta voluntate recedi oportet, *L. non aliter 69. ff. legat. 3. L. quisquis 116. ff. de verbor. significat.*

Unde cum post obitum primovocati Monialis Maria neptis institutoris extitisset, vocatio confraternitatis Misericordiæ defecit, & evanuit tanquam facta ad illum tantum casum non existentium nepotum, *L. cedere diem ff. de verbor. signif. L. filius familias 114. §. cum erit rogatus ff. legat. 1. L. hæredibus 77. ff. ad Trebell.* Quapropter devenit dispositio institutoris ad secundam formam succedendi ab eo assignatam in verbis ibi: *Com declaracão, &c.*

Et cum confraternitas Misericordiæ maneret exclusa, quia post mortem primovocati extitit Monialis Maria neptis institutoris, quæ aliquem ex familia ejusdem institutoris in defectum descendantium nominare poterat, perpetuo mansit exclusa, ut vocatio confraternitatis Misericordiæ amplius reviviscere non potuisset, *L. cum uxori Cod. quando dies legat. cedat. dicta L. hæredibus in princip. ff. ad Trebell. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 16.*

Et quamvis neptis inſtitutoris fuiſſet Monialis, poterat ſuccedere in Capella contentionis, præcipuè cum in inſtitutione non appareat prohibitio, & Capella ſolùm ex bonis patrimonialibus conſtet, & Monasteriũ ſucceſſionis capax ſit, ut in terminis *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. à n. 68.*

Satis probatum extat, quòd conſraternitas Miſericordiæ non habet jus in Capella contentionis, & ejus vocatio evanuit per mortem primo vocati, quia extitit Monialis Maria neptis inſtitutoris, quæ jure optimo ſucceſſit.

Dubium verò principale eſt, ſi Actor probat parentelam, cum ſit totum fundamentum ejus actionis, & Actore non probante Reus abſolvatur, etiam ſi nihil præſtiterit, *L. Actor Cod. de probation.* quia allegatio Miſericordiæ, ſcilicet, quòd Actor, cum non ſit deſcendens inſtitutoris, non poteſt ſuccedere in Capella contentionis, eſt parvi momenti, quoniam per inſtitutionem non reperiuntur expreſſè prohibiti tranſverſales, nec cum deſcendentibus eſt contentio, & ita in eorum defectum conſanguineus tranſverſalis proximior ſuccedit, *Phab. 1. p. dec. 44. num. 6. in fin. Souf. de Maced. dec. 16. num. 5. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 39.*

Cum probationes arbitrariæ ſint Iudicibus *L. 3. §. 1. ff. de teſtibus*, meo videri Actor non probat parètelam, & Actore non probante, Reus debet abſolvi, ſive poſſideat juſtè, ſive injuſtè, *L. fin. Cod. de rei vend.*

Dicerem, quòd Actor non probavit parentelam, quia ejus teſtes deponunt de auditu, & quamvis in antiquis probent circa parentelam, *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 55. concl. 2. num. 9.* in noſtro tamen caſu non procedit hæc opinio, ex duplici capite: primum ſit; quia agitur de probanda parentela ad effectum ſuccedendi, in qua ſpecie non ſufficiunt teſtes de auditu, *Paul. Caſt. in conſ. 56. num. 7. vol. 1. Mascard. de probation. concl. 104. n. 19.*

Secundum ſit; quia licèt ſequamur opinionem *Aretin. conſ. 37. num. 3.* & ejus *Aſſeclarum*, qui tuentur, quòd teſtes de auditu ſufficiunt, quando non agitur de dirimendo matrimonio, ſed ea de cauſa, ut poſſit ſuccedi; at tamen hæc opinio non militat in præſenti, ſed procedit in caſu, qui excedit memoriã hominũ, tunc etenim teſtes de auditu admittantur, ſententia verò *Caſt. dicto conſ. 56.* vera ſit, quando memoria hominum exiſtere poteſt, ut explicat in terminis *Mascard. de probat. concl. 410. n. 10.* has ſcribentium diſcordias ſedando.

Pars II.

Et ſi dicamus, quòd in noſtro caſu memoria hominum exiſtere non poteſt, quod aſſerere non audeo, adhuc tamen in noſtra hypothefi teſtes de auditu non poſſunt admitti, quoniam teſtes fol. 60. & 61. ſoror, & frater Actoris deponunt ſe audiviſſe à matre eorum, & cum ea in cauſa præſenti non potuiſſet eſſe teſtis ex *Ord. lib. 3. tit. 56. §. 1.* abſurdum eſſet illos admitti, quorum repelleretur Author, *Cap. licèt ex quadam 47. de teſtibus.*

Et quamvis dicant ſe audiviſſe ab alijs, eos tamen ſuo nomine non appellant, ideo non probant, *Mascard. de probation. d. conclus. 104. num. 11.* Deinde iſti teſtes non ſunt omni exceptione maiores, ſicut etiam teſtes conſanguinei Actoris fol. 62. 63. & ita fides eis adhibenda non eſt, *Cap. licèt ex quadam 47. de teſtibus*, in terminis *Mysinger. cent. 6. obſer. 58.*

Et quando dicatur teſtes d. fol. 60. non eſſe ſub poteſtate Actoris, nec litem moveri circa omnia ejus bona, aut maiorem partem eorum, non ideo poſſunt admitti, quia cum ſint frater, & ſoror Actoris, ex cauſa commodum percipere poſſunt, *Mascard. de probat. conclus. 410. num. 38. & concl. 1357. n. 1. & 2. Barbos. plures referens ad Ord. lib. 3. tit. 55. concl. 7. n. 56.*

Nec alij teſtes d. fol. 63. & 64. probationem faciunt, quia deponunt tantùmmodo de nominatione Moniali Maria nepte inſtitutoris, quæ nominatio per ſe ſolùm non ſufficit, *L. nemo ff. de hæred. inſtituend. Surd. dec. 145. num. 3.* Quibus omnibus perpennis R. abſolverem revocata ſententia Senatũs inferioris. Vlyſſipone 13. Septembris 1672. Quifel.

Minus in jure, magis in facto præſens jurgium conſiſtere videtur, licèt quæſtio, quæ in eo ventilatur, de facto cum quæſtione juris coincidere non inciviliter dici valeat: minus in jure, ſecundum enim iſtius diſpoſitiones R. omninò excluſa videtur ab iſta ſucceſſione, cum per exiſtentiam neptis ab illa excluſa reperiatur per expreſſam inſtitutoris voluntatem, cujus obſervantia à jure maximè commendatur, juxta *L. verbis legis ff. de verb. ſignif. Eleganter Fab. dec. 87. or. 1. Surd. conſ. 340. Gam. dec. 356.*

Ipla tamen R. hoc contra A. retorquet argumentum proponens ſe habere voluntatem inſtitutoris, qui illam ſolùm excluſit, caſu quo exiſterent ſui nepotes, & pronepotes, cum autem iſti non dentur, ipſa admiſſa invenitur, maximè per argumentum à contrario ſenſu, quod in jure validiſſimum eſt juxta text. in *L. qui teſtamento §. mulier ubi gloſſ.*

gloss. ff. de testament. L. 1. §. hujus Rei ff. de offic. ejus Cald. ad intentum de nomin. q. 12. n. 26. Mascard. conclus. 1280. n. 65.

Hoc tamen argumentum facillimè tollitur, procedit enim quando absurdum non sequeretur, juxta *text. in L. 2. Cod. de cond. insert. & cap. à nobis de sentent. excom.* Tenet *Menoch. de presum. lib. 3. q. 93. num. 2. Mantio. de conjectur. lib. 3. tit. 15. num. 13.* Maximum autem resultaret absurdum, si in præsentis dispositione persona sanguine conjuncta, & de familia testatoris excluderetur, admissa penitus extranea, contraque testatoris voluntatem procederetur.

Testator namque in propria familia bona vinculata in perpetuum conservari voluit, quæ perpetua conservatio per intransiam eorum, qui ex eadem familia procedunt, facienda est, siue hi descendentes, siue transversales institutoris sint. Eleganter hoc ostendit *text. in L. pronuntiatio §. familia ff. de verbor. signif. cum multis, Mol. de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 39.*

Reo itaque exclusa magis facti quæstio extat, an scilicet A. & familia institutoris esse probaverit? Hoc cum quæstione juris coincidit, ut dixi, an scilicet probatio de facto producta secundum jus sufficiens sit?

Mihi, & de facto, & de jure probatio A. sufficiens videtur; moveor, R. enim contra eum nihil probavit, imò ad excludendam parentelam proponit fol. 16. institutorem oriundum à Civitate Lameci, non verò à Villa Viannæ, in qua A. ortus fuit, unde ex tam disparibus regionibus falsò sanguinis conjunctionem proponi tentat.

Contrarium tamen patet ex testamento ipsius institutoris fol. 43. Deinde ultimo possidens declaravit A. & de familia, & proximiorum institutoris, ut cernitur fol. 23. Insuper fol. 20. in secundo oppositionis articulo proposuit A. se de familia esse, totumque in sua oppositione probasse decrevit Senatûs sententia fol. 31.

Ultimo sententia Iudicis fol. 27. A. de sanguine institutoris pronuntiat, & proximiorum ultimo possidetrici, hæcque sententia revocata non extat per aliam Senatûs d. fol. 31. imò hæc plus tribuit A. quàm illa, sententijs standum est, fuerunt namque scriptæ secundum probationes in illo processu productæ, habitæque cum legitimo contradicte, est vulgaritas.

Tandem ex admissione R. exclusionemque A. contra voluntatem instituentis proceditur, non dantur enim successores, qui augeant vinculum modo ab ipso declarato; ex quibus, & alijs eleganter consideratis in de-

liberationibus fol. 102. & optimè allegatis à docto patrono ex fol. 137. inferioris Senatûs sententiam confirmarem. Vlyssipone 5. Decembris de 1672. Cerqueira.

Sententiam Senatûs inferioris libenter probo, eo potissimum fundamento; quia lis non est inter consanguineos testatoris, tunc enim maior, & melior probatio forsan requireretur ad excludendum possessorem consanguineum, & illius lineam post ingressum in eodem maioratu, ut transitus ab una in aliam temerè fieret, sicut regulariter veritum est, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 3. n. 9.* quia tunc possessori sufficeret ad obtinendum, quod legitimè non constaret de jure petentis, ut benè exornat *Mier. 2. p. 9. 7. ex num. 58. usque ad num. 76. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 12. n. 25. & 26.* Ad excludendum verò, jam exclusam per testatorem, hanc piam confraternitatem, minori probatione opus erat, qui si Actor consanguinitatis gratia eidem præferatur, minoris adhuc probationis præsidio alter forsan ab eo eundem maioratum eripiet docto de meliori gradu, vel de meliori probatione in genere, & fiet quòd saltem semper institutoris memoria perennabit, cum illius consanguinei licet remotioris possideant, quod per confraternitatem nunquam fieri poterit, imò illius nomen perpetua oblivione delebitur.

Probatio autem ab Actore adhibita, quavis de auditu à maioribus, non adeo debilis est, ut eam contemnere non dubitemus, sumus enim in re antiqua, & hi, à quibus testes acceperunt, jam ab humanis recesserunt: adminiculanturque illorum dicta mente, & sententia nominantis, quibus in terminis communis est, & frequens sapientissimorum hominum opinio, quòd his testibus de auditu plenam fidem adhibendam esse oporteat, ut videre est apud *Castilb. quotidian. lib. 5. 2. p. cap. 122. per tot.* Et licet aliqui ex testibus non omni exceptione maiores sint, alij non eadem conditione laborant, quod sufficit, ut confraternitas, quæ nihil in contrarium probavit, iusta ratione succumbat, ut benè ex eodem *Castilb. edocemur sub n. 6. Ulyssipone 24. Januarij 1673. Vellez.*

No feito de appellaçõ, em que saõ partes Ioaõ Paes, como tutor de Ioaõ Caieiro, contra André Fernandez, & sua mulher, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ os do Desembargo, &c. Nam foy bem julgado pelo Juiz, em absolver os RR. do pedido pelos AA. como tutor de Ioaõ Caieiro, julgando que a successaõ das Capellas, ou morgados, que instituirãõ Fernando Annes Cati-

ro, & ſeu filho Ioaõ Fernandez, pertencia aos RR. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, & como por elles ſe moſtra ſer o A. Ioaõ Caeiro filho de Francisco Fernandez, Janeiro, o qual era filho legitimo de Ioaõ Fernandez, & neto de Beatris Martinz Caeira, irmãa inſeira de Ioaõ Fernandez Caeiro, inſtituidor da ſegunda Capella, & primeiro nomeado por ſeu pay Fernando Annes Caeiro, inſtituidor da primeira Capella, & como ſe moſtra, que dos primeiros nomeados Ioaõ Fernandez, & Bras Fernandez nam ficarem descendentes, & ſer o A. neto da dita Beatris Martinz Caeira, irmãa dos ditos Ioaõ Fernandez, & Bras Fernandez, que eraõ filhos de Fernando Annes Caeiro, & ſe moſtrar, que o pay do A. era parente mais chegado do ultimo poſſuidor Ioaõ de Cabo Caeiro, & do ſangue dos inſtituidores, & a mulher do R. ficar em grao mais remoto; Iulgaõ pertencer a ſucceſſão das Capellas, de que ſe trata, ao A. & mandaõ, que os RR. lhas larguem, com os fructos da lide conteſtada em diante, em que os condenaõ, & nas cuſtas dos autos. Lisboa 6. de Agoſto de 1681. Freyre. Pereyra. Carneyro.

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Non quid ſine labore, & circumſpectione attentiffima veritas in hoc proceſſu aſſequi poteſt. Totus labor in inveſtiganda conſanguinitate contendentium cum inſtitutoribus de ultimo poſſeſſore. Duo vincula à diverſis perſonis inſtituta præponuntur, aliud à Ferdinando fol. 12. filios Ioannem, & Blaſium ſuo vocavit ordine; aliud verò fol. 17. à Ioanne Ferdinando filio, ad quod filium ſuum Blaſium vocavit, & alio filio Emmanuele excluſo ſi Blaſius ſine prole deceſſiſſet, filijs cuiuſdam Ludovici do Cabo detulit ſucceſſionem. Actor à primo illo inſtitutore (de cuius vinculo prius diſquiremus) ſe aſſerit ſanguinem derivare, utpote qui filius ſit Franciſci, nepos Ioannis, pronepos Beatricis Martinz, quam inſtitutoris filiam fuiſſe contendit, idque Rei negant, & in hoc cardo rei vertitur; jam ad probationes descendamus: teſtes ab Actore producti fol. 68. de auditu deponunt; teſtis verò Reorum fol. 117. dictam Beatricem non filiam, ſed privignam dicti Ferdinandi inſtitutoris fuiſſe deponit. Sed, hercule in re adeo antiqua utriuſque teſtibus adminicula adhibenda ſunt. Contra Actorem fortiter pugnat teſtamentum Ferdinandi fol. 13. ubi filiam unicam habuiſſe conſtat, vel ſaltem non conſtat, plus habuiſſe Catharinam Pires; non ergo credendum propriæ filię nomen ignoraffe, facit teſtis fol. 117. affirmans, Bea-

tricem illam Ferdinandi inſtitutoris non filiam fuiſſe, ſed privignam, aſt ego in contrariam partem adducor. Ferdinandi morte, ad ejus hæreditatis diſiſionem proceſſum eſt fol. 157. hæredes deſcribuntur, & recenſentur Blaſius, & Ioannes filij dicti Ferdinandi, qui jam maiores erant (alter enim viduus erat, alter uxoratus) Dominica, & Ioannes filij dictæ Beatricis, ejus referendo perſonam, cum dicto Blaſio, & Ioanne, ad dictam hæreditatem concurrere, dotem dictæ Beatricis datam contulere, ut fol. 167. & æqualis cum Blaſio, & Ioanne teſtatoris filijs, portio eis obvenit. His ita conſtitutis, quis dubitet dictam Beatricem filiam fuiſſe Ferdinandi, & non privignam? Quod enim dicitur illis duebus Dominicæ, & Ioanni, aliquid forſan ex bonis maternis, vel paternis deberetur, & in hujas debiti ſolutionem forſan illa, illis portio facta eſſet, convincitur, tum ex portionis quantitate, quæ ei, quæ Ferdinandi filijs obvenit, æqualis fuit; tum ex collatione, quæ non niſi inter cohæredes, quibus ab inſtituto legitima debetur, locum obtinet, *Valaſc. de part. cap. 11. n. 31. & 32.* neque ubi gradus diſparitas datur, idem *Valaſc. ibidem num. 54.* Ergo ſi Beatrix illa privigna eſſet, neque ejus filij conferre tenerentur, quia quamvis illa ab ipſo Ferdinando dotem accepiffet, cujus datione, aliorum filiorum Ferdinandi legitimæ læderentur, non collatione quidem, ſed actione ad inofficioſam dotem reducendam eis foret ſuccurrendam. Tandem Blaſius, & Ioannes Ferdinandi filij jam maiores, quomodo paterentur filijs Beatricis legitimam aſſignari, in ſui præjudicium, niſi ipſa filia eſſet, & non privigna, & ejus jure filij neceſſariò admittendi. Hæc mihi argumenta invencibilia ſunt, quibus non obſtat, quòd in teſtamento Ferdinandi, filia Catharina, & non Beatrix fuiſſet nominata, id enim forſan errore accideret ſcribentis, vel tranſcribentis; quam præſumptionem juvat illud, quod ſcriptum invenitur in appendice maiuſculo fol. 64. quo loci Beatricis filij cum Blaſio avunculo, ad materteræ hæreditatem admittuntur. Neque obſtat ibi ſcriptum (*Sorte, & entrega de Bras Fernandez, filho da dita Beatris Martinz, que he filho de Catherina Pires, irmãas da defunta.*) Conſtat enim eodem fol. 64. in princ. hunc Blaſium Ferdinandi eſſe filium, deſunctę Mariæ fratrem, ad cuius hæreditatem Beatricis filij concurrerunt, & ita Blaſium, Beatricem, & Mariam fratres fuiſſe demonſtratur; & quamvis objici poſſet fratres uterinos, non verò conſanguineos fuiſſe, v.g. qui poterat Blaſius, & Bea-

trix eadem matre, non verò eodem patre esse procreati; ex quo sequitur dictam Beatricem Ferdinandi non filiam fuisse, sed privignam, præter quamquod id à Reis non ostenditur; repugnat quod supradictum est, nempe Beatricis filios Ferdinandi hæredes fuisse, quod utique non esset, si Beatrix ejusdem Ferdinandi non esset filia, sed privigna.

Jam verò, an Rea ab illo Ferdinando institutore sanguinem ducat videamus? Id quidem nec ipsi Rei asserere conantur, originem enim referunt ad aviam quandam, quam Ferdinandi asserunt fuisse sororem, sed non demonstrant, tantùm enim testis fol. 111. Blasium Caeiro Reæ avum ab illa vera procedere deponit, sed quo illa gradu Ferdinandum attingeret non declarat, imò neque declarat dictam veram dicti Ferdinandi fuisse consanguineam: alij testes, vel genericè deponunt, vel qui dicunt Reæ patrè avumque Ioannis Fernandez Caeiro, & Emmanuelis Caeiro, esse consanguineos, & gradum declarant, non tamen declarant (præter testem fol. 110.) an pro parte dos Caeiros ista consanguinitas contrahatur? Neque illius consanguinitatis initium, & communem nexum, quæ quidem ad obtinendum in successione vinculi necessarium erat, ex quo duo resultant, quæ Reis nocent; primum, quòd non constat Ream genus ab illa familia dos Caeiros cujus erat institutor, deducere, & ex illo latere ultimi possessoris esse consanguineam, quod totaliter requiritur, ut cum multis firmat *Roxas de incompatibil. p. 1. cap. 6. num. 240.* Secundum, quia cum graduum computatio, & mensura à communis stipitis, & nexûs cognitione dependeat, ut bene deducitur, *ex princ. Inst. de gradib. Vvesembeck. ad tit. ff. eod. num. 3.* Et non constat à quo stipite, & Rea (dato non probato, quòd sit ex familia dos Caeiros) & ultimus possessor simul descendat gradum, impossibilis est cognitio, quamvis enim Rei fol. 50. declarent, quanto gradu ab ipso ultimo possessore distent, idque eorum testes aliqui deponant, nullas, tamen, exponit à qua persona cognatio inter Ioannem ultimum possessorem, & familiam dos Caeiros ortum cepit, planè Actor ad familiam dos Caeiros originem refert, ut supra demonstratum est ultimum possessorem ex dicta familia descendisse, & partes istæ conveniunt, & secundus institutor Ioannes fol. 17. asseruit: ergo cum, tam Actricem, quam ultimum possessorem ex dicta familia esse probetur, inter eos cognatio probata est. Non sic inter ipsum ultimum possessorem, & Ream, quia neque constat

hanc esse ex dicta familia, neque per eam dictum ultimum possessorem attingere: at verò, qui maioratus successionem pertendit, non solum se cognatum ostendere debet ultimi possessoris, sed etiam ab illa parte, qua maioratus descendit, cognationem contractam, *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 9. num. 2. Castilb. 5. contr. cap. 43. §. 13. num. 3. Gam de. cis. 248. num. 4. Roxas de incompatibil. p. 1. cap. 6. num. 240.* Cum itaque Actrix sola cognationem probet, ipsa proximior dicenda est, primus est enim, quem nemo præcedit, *L. qui duos ff. de reb. dub. L. proximi, L. illa verba ff. de verbor. signif.* Sed cum jus ex persona Actoris metiendum sit, quia sine actione nemo in judicio experiri potest, ut est vulgarissimum, & quando in persona successora qualitas aliqua requiritur, probanda sit, & adesse debeat, *Roxas supra num. 304.* an successionem qualificatam induisset testator videamus. Ille testamento fol. 12. filium Ioannem primo vocat, & ejus filium masculum seniore, & si fortè dictus Ioannes absque filio masculo ei superstite decessisset, filium masculum alterius filij Blasij vocat, vel ipsum Blasium, idque paulo infra repetit, ex quo dubitatio oritur, an ista Capella regularis sit, an non, & dato quòd sit irregularis, an sit agnationis, vel simplicis masculinitatis? Irregularem esse satis constat ex institutoris verbis, quibus illa masculinitatis clausula semel iterumque exprimitur, & ad omnes successionis actus extendatur per clausulam illam: *Da sobredita maneira*, idest, ut supra dictum est, quæ repetitiva est præcedentium qualitatum, *L. 1. §. deinde, & §. hoc edictum, & ibi Bart. ff. de postul. Menoch. conf. 74. num. 24. Surd. decis. 319. num. 8. Carol. Maranta conf. 12. num. 15. Phæb. decis. 71. num. 8.* Agnationis contemplatio, clara, explicita, & evidens esse debet, ut cum innumeris firmat *Roxas supra dict. cap. 6. num. 324.* qui ibidem num. 306. cum pluribus tenet agnationem induci per verba (*succedant semper masculi per lineam masculinam*) quibus addo *Decian. lib. 4. conf. 3. num. 189. Menoch. conf. 931. num. 4. Bart. in L. cum avus 102. num. 25. ff. de condit. & demonstr.* Planè prædicta verba nulla tergiversatione in alium sensum usurpari possunt, vocavit enim filios, & ex eis masculos nepotes, ac deinceps virtute dictæ clausulæ, ut dictum est, eandem successionem formam assignavit, juvant testatoris verba ibi: *E sendo caso, que meu filho Ioão Fernandez, faleça sem filho macho, ou lhe não fique, que entrão o herde o filho macho de meu filho Bras Fernandez.* An Ioannes masculos, an feminas

nas ſuſceperit incertum erat, & tamen teſtator, in caſu deficientis proliſ masculinæ, ſtatim ſubſtitutioni locum fecit: ergo noluit feminas admittere. Igitur cum Actrix ex Beatrice deſcendat, admitti non poſſe videtur, quia in maioratu agnationis masculi ex feminis, tanquam feminæ excluduntur *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 47. Mantica. de coniectur. lib. 8. tit. 8. num. 20. & 54. Surd. conf. 475. num. 4. Caſtilh. quotid. 6. cap. 29. num. 33. Souf. de Maced. decif. 19. num. 8.* His tamen non obſtantibus, contrarium ceſſeo in hac hypothefi iudicandum. Inſtitutor tres ſuſcepit filios Ioannem, Blaſium, & Beatricem; ex duobus masculis neſtquam conſtat ſobolem ſuperſuiſſe, ſed tantum ex Beatrice Actoris proavia, per virilem ſexum nullus agnatus deſignatur: ergo, ut maioratus perpetuitatis conſulatur, hic eſt caſus, in quo maſculus ex fæmina, imò, & ipſa fæmina admittendi ſunt, ne aliàs videatur teſtator eam adieciſſe conditionem, qua eius diſpoſitio ſubvertatur contra *reg. text. in L. 3. ff. de militar. teſtament.* & ita cum innumeris tenet *Larrea decif. 52. num. 26.* optimè, & terminanter *Lara incomp. vita hom. cap. 30. num. 112.* ubi *Gregor. Lop. & Caſtilh.* allegat. Ex diſtis itaque colligitur, licet irregularis, & agnationis ſit inſtitutio, cum tamen nullus agnatus proponatur vivus, & Actor ſe ab inſtitutore per Beatricem proaviam deſcendere probaverit, & ultimo poſſeſſori conſanguineum per familiam dos Caeiros, à qua ſe deſcendere Reus non demonſtrat, ne maioratus reſolvatur, Actori eſſe deferendum.

Hactenus de prima Capella à Ferdinando inſtituta, jam ad aliam inſtitutam à Ioanne in teſtamento fol. 171. tranſeamus. Hanc ex ſupradictis ad Actorem pertinere mihi in dubium eſt, inſtitutoris filijs, & deſcendentibus deficientibus, ſucceſſit Ioannes do Cabo, qui etiam nulla poſteritate relicta ſupremum diem clauſit. Inſtitutor cognatos ex familia dos Caeiros vocat, qualis Actor eſt, & qualem ſe Rea non demonſtrat: ergo Actori ſucceſſio eſt deferenda. *Vlyſſipone 11. Octobris 1680. Pereyra.*

Mihi quidem etiam cum ſapientiffimo Domino ſatis ſuperque probatur Beatricem non privignam, ſed filiam Ferdinandi eſſe, tum viſis teſtibus huius proceſſus, atque appenſi, atque etiam optimo documento, ex quo evidenter conſtat, quoad hæreditatem Ferdinandi æqualiter vocati fuerunt Beatricis filij, ut conſtat fol. 117. quando de Ferdinandi hæreditate tantum agebatur, & non illius uxoris, ut patet fol. 167. ibi: *Foi*

dito, que neſte inventario ſo ſe tratava da fazenda de Fernando Annez Caeiro, &c. Quod iterum declaratur in principio legitimæ ad Ioannem pertinentis fol. 174. in fin. ibi: *De legitima de ſeu pay.* Quapropter eſt quali in meridie eangare Beatricem non filiam, ſed privignam eſſe dicere.

Et quoad maioratum à Ferdinando inſtitutum, ubi ſemper vocantur maſculi, dubitatio eſt, an his deficientibus, Actor, ut pote ex filia deſcendens, admitti poſſit? Et dato quòd maioratus ſit rigorofæ agnationis, extra dubium teneo Actorem admittendum eſſe; controverſia namque, de qua in præſenti movetur inter Actorem, & Ream, quapropter eadem fæminarum exclusio obſtat, & his ſuppoſitis, mihi verior videtur illa ſententia, quòd etiam in maioratum agnationis, deficientibus maſculis, ubi in perpetuum maioratus fuit inſtitutus, fæmina proximior admittenda eſt ad excludendam remotiorem fæminam, quamvis maioratus in alodiale patrimonium convertatur per *text. in L. quaſitum §. ultimo ff. de fund. inſtruct. vel inſtr. & Pinel. in L. 3. num. 29. Cod. de bon matern. Menoch. conf. 205. num. 12.* latiffimè *Mier. de maiorat. tom. 2. 4. p. 9. 29. n. 2. & num. 7.* refert *Bartol. in L. agnato ff. de legitim. tutorib. Valenſ. tom. 2. conf. 113. num. 8.* eleganter *Larr. decif. 53. num. 26.* Unde cum Actor, licet ex filia deſcendens, probet ſe proximior eſſe, & ab inſtitutore deſcendentem, ſemper admittendus eſt, vel bona vinculo ſuppoſita conſideremus, vel illa, ut pote libera iudicemus, cum ſemper præferatur R. fæminæ, & ulteriori, & tranſverſali, ut ipſa profitetur. Hæc quoad maioratum à Ferdinando inſtitutum ſic placent, & quamvis præſens inſpectio latiori indigebat calamo, licium multitudo vix permittit, quòd etiam neceſſaria ſcribantur.

Quoad maioratum à Ioanne inſtitutum fol. 17. nulla eſt dubitatio, nam etiam probata ſanguinis conjunctione à Reo allegata, Actor, ut pote proximior, admittendus eſt, & præferendus eſt in ſucceſſione, cum Reus etiam probata dicta conſanguinitate ſit in remotiori gradu. Igitur revocetur in omnibus ſententia cum fructibus à lite conteſtata. *Vlyſſipone 2. Iulij 1681. Carneyro.*

Convenio. Freyre.

No feito de loã de Almeyda Laboraõ, com Francisco Moreira, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe de u a ſentença ſe guinte.

Vistos os autos, embargos recebidos, contrariedade a elles, & mais artigos recebidos, ſentenças, & papeis juntos, habilitaçã de novo admi-

administrador, prova de hũa, & outra parte, com os mais documentos, & como pelos embargos articulados senão mostra como deve, & concludentemente o que baste, para se haver por provados, sendo a maior parte das testemunhas, que a ellas forão dadas para prova, partes interessantes, como se mostra da prova dos embargados, da qual se mostra por mais evidencia, & razão dos ditos das testemunhas dellas, serem os embargados descendentes do instituidor, & parentes seus, procedendo os pays delle da Freguesia de Lavradas, com da prova se colhe, em verificação do que mais consta das sentenças, & justificações ainda mais antigas, ser o instituidor filho de Diogo Alvarez de Lavradas, & sua mulher, & seu tio Alvaro Annes, em tanto que para o instituidor entrar no beneficio das Ilhas aonde falleceo, se vierão fazer inquirições de genere á dita Freguesia, o que supposto, senão mostra distintamente de prova, o que basta a respeito da antiguidade, maiormente o que depoem a testemunha fol. 42. de cento & quatro annos, & outrosim ainda que os inventarios não appareção pelo escrito junto reconhecido no terceiro appenso fol. 1. que começa por hũa petição de Belchior Gomes, & mais consortes, se mostra haverse entreguena fôrma do escrito, reconhecido por Francisco Rebello, o inventario de Diogo Alvarez, pay do instituidor, que nam apparece, como consta da certidão fol. 123. atraz junta, & vista da prova dos embargados se verifica mais a verdade a respeito da antiguidade, em que as testemunhas depoem, sendo muitas mais por numero, como com melhor razão, dandoa uniformemente, pelo que alcançarão, & ouvirão, estando a boa prevenção pela dita venda averiguada, que pela prova dos embargos senão desfaz, sendo as testemunhas della parentes do embargante, & moradores, & as testemunhas deporem variamente, podendo haver bens no Couto de Gondufe, isso nam tira que o dito instituidor procedesse da Freguesia de Lavradas, aonde tinha seus parentes. O que tudo considerado, & a qualidade das provas, & papeis juntos, & mais justificações, julgo os embargos do administrador por nam provados, & as sentenças de habilitações dos embargados por boas, & mando, que cada hum delles se satisfaça da sua porção na fôrma do testamento, para o que os julgo por habeis, para a poderem receber, visto o que se mostra por sua parte, ex abundantia. E pague o administrador habilitado as custas em que o condeno. Villa Nova de Serveira, & Julho 5. de 1674. Antonio Lopes Tinoco.

A qua sententia fuit appellatam ad Senatum Portuensem, ubi fuit confirmata, Ju-

dices Borges, Carneyro. Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Quidam Antonius Dias Maciel ex Asilo de Gondufe territorio oppidi de Barcellos suum condidit elogium in insula Divi Michaelis in qua morabatur, ut patet in appendice 1. & inter alia, quæ disposuerat fol. 17. ait, quod ex proventibus bonorum suorum in illa insula existentium ad id deputatis per rationem de qua ibi, ejus administrator ab eo nominatus in oppido de Ponte de Lima, de ejus consanguineis mulieribus honestis, & virtute præditis, ex linea suorum parentum descendentibus 50U. therunt. cæteris verò ex linea transversali, suorum avunculorum; ut tantum appellati admittentur ad probandam consanguinitatem institutoris ad consequenda legata ejus, probationem obtulerunt, & ea probata, & per decretum Provisoris adjudicata consanguinitate, impedimenta obtulit administrata ad sententias elidendas ex defectu veræ, & legitimæ probationis consanguinitatis; quæ admilla, & non probata extiterunt, & appellatio interposita ad Senatum.

Appellati & ergo omnes consortes fol. 5. vers. & 22. vers. mihi videntur suam habere intentionem probatam, deducentes descendentiam à linea transversali avunculorum institutoris, quorum descendentes ipse vocavit in secundo loco in subsidium, & defectum lineæ directæ parentum suorum, fol. 7. vers. in appendice 1. per testes omni exceptione maiores, & longæ ætatis, plenè iterum, atque iterum deponentes à fol. 5. 11. & 42. cum seqq. legitimè probantes eo modo, quo fieri potest, de re adeo antiqua testificantes, quæ per solam famam probari potest, Masc. concl. 105. num. 1. & 3. & in testibus de auditu conclus. 104. num. 1. 2. & 3. antiquitas in descendencia dicitur spatium 50. vel 56. annorum, idem Masc. concl. 512. n. 6.

In contrarium allegatio, & probatio facta ab appellante per consanguineos, & testes ex eadem causa interesse pretendentes, nihil prodest, neque eis, quorum documentis potest infirmari appellatorum probatio, cum appellantis sit negativa de jure improbabilis, ex Cap. unde legitimi, Masc. concl. 45. n. 52. & concl. 70. num. 1. eo maximè deponentes de auditu, & credulitate: & nullum est inconveniens, quod neque institutoris pater, avus, vel avunculi sint, vel non sint oriundi ex territorio de Lavradas, sufficit in descendentiam illorum probare, eo maximè quoniam Didacus Alvarez ejus pater, postquam habitavit in Asilo de Gondufe, & eo moravit in territorio vulgo (de Sordadelo) ut patet

ter appendice 7. fol. 18. & 19. & ex uno maior animo habuit quinque liberos in diverſis territorijs exiſtentes, & magis mihi videtur appellatos Emmanuelem Gomes, & ejus conſortes oppidi de Vianna originem ducere à Gondifalo Fernandez, & Antonio de Souto, & eorum conjugibus, filijs, & generis parentis inſtitutoris, ut fol. 28. & 29. ejusdem appendicis verbi, & à fol. 15. verſ. & 17. 18. 19. 21. & 25. conſtat de numero quinque filiorum Didaci, & locis ſuæ habitationis.

Licet tantum appellatio interpoſita non fuiſſet intra fatale decendium, ſententiam publicatam fuiſſe in abſentia, & loco remoto habitationis appellantis non videtur in tempeſtate interpoſitam, ex *Ord. lib. 3 tit. 69. §. 7. & tit. 70. §. 1. verſ. & ſendo, & tit. 84. in princip. ibi: E não ſendo preſente, contar ſe hão os dez dias do tempo; que a parte, ou ſeu procurador for ſabedor de publicação da ſentença.* Semper mihi abhorruit ſtilus, de quo aliqui in hoc utuntur, & licet per juramentum præſtitum appellanti adducatur ratio ſcientiæ prolatae ſententiæ cum ob illud non requiratur, quod eſt valde pernicioſum in partibus in quibus ignoratur ſtilus, & regulatur per diſpoſitionem Ordinationis, & in ea inſidiantur appellantes.

Ex quibus dicerem juſte impedimenta recepta improbata judicaſſe Proviſorem, ſic eo confirmato. Portu 27. Julij 1675. Borges.

Penes impoſſibile eſt in re adeo antiqua meum interponere arbitrium, ideo teſtes de auditu deponentes de antiqua ſanguinis conjunctione non probant, *text. in L. 2. §. idem labeo 2. ff. de aqua, & aqua pluvia arcend. ibi: Verum etiam ſi ergo audierint eos, &c. L. ſi arbitrer 28 ff. de probat. Mascard. concl. 410. num. 14.* præcipue quando antiquitas hominum memoriam excedit, prout in præſenti, *Gab. Cummun. tit. de teſtibus concl. 3. Grat. de nobilit. gloſſ. 18. §. 1. tit. 5. Surd. dec. 145. Cald. de empt. cap. 21. num. 15. Gutierr. Canoniar. lib. 1. cap. 5. num. 34. Peregrin. de fidei commiſſ. à num. 43. n. 8.*

Impreſentiarum teſtes longevæ vitæ in favorem excepti deponentes, nimis cõgruam reddunt rationem, legitimam exceptorum deſcendentiam à Roderico Pereira probantes, quam planè fidem neutiquam reddunt teſtes contrarium negativè deponentes, prout eſt vulgare; neque etiam documenta, in quibus excipiens firmo pede juſtitie fundamentum ſtabilire deſiderat, habent aliquod fundamentum. Nam ultra quam quod in varijs locis Didacum commoraſſe conclu-

dant, etiam ſi in unico tantum domicilium habuiſſe affirmarent, hoc non eſſet infalibile argumentum, ut exiſtimaremus ibi oriundum fuiſſe, ubi domicilium contraxit, cum ſub domicilij appellatione in dubio non originis domicilium, ſed habitationis intelligatur, *Gloſſ. verbo unam dictam in fin. in cap. ſtatutum §. cum verò de reſcript. lib. 6. Afflict. dec. 384. num. 7. Sanch. de matrim. lib. 3. dec. 23. num. 7.* Igitur Proviſoris ſententiam confirmarem. Portu 28. Auguſti 1675. Carneyro.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatam, ubi fuit confirmata. Iudices Ribeyro, Cardoſo. Et fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Non ſumus in materia reſtricta ad certum gradum, ſed de expreſſa tranſitoria ad conſanguineos ex utroque latere teſtatoris in infinitum, ut obtineant illius bona, & portiones deſtinatas; & probationes factæ, non ſolum per teſtes, ſed per documenta, & alias conjecturas deductas in proceſſu, & appendicibus, quæ omnia rimata apparent, moverunt Proviſorem in prima inſtantia, ut adverſus aggravantis objecta impedimenta improbata judicaſſet, ſicut etiam placuit Doctiſſimis viris inferioris Aulæ, quamvis in orationibus fol. 139. & 140. verſ. & ſeqq. in licentijs ibi poſtularis, & nunc in hac inſtantia, intendant aggravantis arguere probationem conſanguinitatis factam, falſam eſſe, ſed cum hoc conveniatur ex teſtium dictis, qui præſtant rationem ſui teſtimonij; & ſicut valde antiqui, & longevæ vitæ ſumma cum ratione non admiſſi fuerunt ad petitas licentias, nec nos eas admittere debemus: ſtatuit enim regula juris pro probatione aggravatorum; ſunt enim affirmativi, qui deponunt pro eis, ſicut ſuper re antiqua, & ſufficit famam probare, ut eleganter traditur ex juribus, & DD. citatis in aureis deliberationibus fol. 155. & 156.

Nec obſtat, quod proponitur, quòd aggravatorum aſcendentes ullo tempore egerunt de hoc jure petendi, nec ſe conſanguineos adſcripſerunt, ſicut impreſentiarum, ut adverſus ſuam nunc propoſitam intentionem intret præſumptio, quod abſque jure, & nulla ſanguinis conjunctione cum diſponente, & inſtituente agunt: quia ignari inſtitutionis hoc non fecerunt, ſed poſtquam notitiam illius habuere, & ubi primum hoc eis manifeſtum fuit, tunc egerunt, & perſonarum legitimationem fecerunt judiciatim, quæ illis occaſionem præſtitit hujus jurgij. Unde examinato proceſſu, hinc inde

articulatis ratiocinijs circa qualitatem probationum, iudicatum approbarem, & quoad processum, de quo in appenso 8. remissum per decretum illius Provisoris ad nostram audientiam, cum circa illorum impedimentorum materiam nihil pronuntiatum iudicamus, dicerem, quod Provisor advertat in executione hujus sententiæ, quid diffiniendum sit, & si eadem sit causa, ut idem jus statuendum sit. Vlyssipone 23. Martij 1676. Ribeyro.

Iudicato annuo cum sapientissimo Domino, non tamen placet advertentia Provisoris ab eodem præstita ad calcem suffragij *vers. & quoad processum*; cum ex dicto appenso fol. 77. constet, impedimenta ibidem opposita remissa fuisse ad hunc Senatam 8. Januarij currentis anni; & cum ad illum sit devoluta impedimentorum cognitio, in Senatu terminanda est, cum constet in fine appendixis impeditos citatos fuisse ad remissionem exceptionum, & neque impediens Sacerdos Antonius de Abreu, neque impediti hucusque in hoc Senatu comparuerunt, in quibus terminis non est locus, quo id Provisor circa impedimentum aliquid decernat, maximè attenta hujus gravaminis stricta interpositione. Vlyssipone 29. Aprilis 1676. Cardoso.

677 No feito de appellação de Simão Themudo, & sua mulher, & RR. Antonio Galvão de Alcobia, & sua mulher, Escrivão Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello dos AA. Simão Themudo Freyre, & sua mulher Maria de Figueiredo, contrariedade dos RR. Antonio Galvão, & sua mulher Patornilha de Mendonça, mais artigos recebidos, provas dadas, papeis, & documentos juntos. Allegase por parte dos AA. que fazendo o Padre Francisco Leytao, morador que foi na Villa da Certãa, seu solenne testamento em 11. de Agosto de 1559. entre as cousas, que nelle dispoz, foi vincular todos seus bens depois de compridos seus legados em morgado, ou Capella, com encargo de trinta missas perpetuas, com expressa prohibiçãõ de alienaçãõ; ordenando, que estes se partissem em duas partes iguaes, chamando por primeiros successores, & administradores a dous filhos que tinha, a saber Antonio, & Claudina, & que cada hum delles ouvesse huma ametade com obrigaçãõ de quinze missas, & por morte de cada hum delles, chamou a seus filhos, & descendentes, & que morrendo algum sem elles, ficassem todos os bens ao outro, & que falecendo ambos sem filhos, & descendentes, succedesse nos ditos bens vinculados

sentio Lourenço Leytao da Villa de Cheleros, & que morrendo elle antes dos ditos seus filhos, & nam ficando delles descendentes, viessem os taes bens ao parente mais chegado por parte de sua mãy, & que o dito Antonio filho do instituidor faleceo primeiro de se lhe deferir a successãõ do dito morgado, na ametade dos bens, em que foi chamado sem filhos, ou descendentes; & por esta razãõ succedeo nos bens todos juntos, & vinculados a dita Claudina, filha do instituidor, & por sua morte succedeo no dito vinculo Isabel Leytoa, filha da dita Claudina, & neta do instituidor, que possuio os ditos bens, & administrou em quanto foi viva; & por esta morrer sem filhos, nem descendentes, & nam ter lugar a vocaçãõ de Lourenço Leytao, por ser morto muito tempo antes da dita Isabel Leytoa, ficãõ pertencendo os ditos bens vinculados ao parente mais chegado da dita Isabel Leytoa, & do instituidor, na forma da clausula da instituiçãõ; & que a Pedro Vas da Cunha, pay da A. Maria de Figueiredo, que era vivo no tempo, que faleceo a dita Isabel Leytoa, lhe pertenciaõ os ditos bens, por ser o parente mais chegado do instituidor por parte de sua mãy, que naquella tempo havia, & por conseguinte ficavaõ pertencendo à A. por representar o dito seu pay, por quanto ella A. he filha legitima do dito Pedro Vas da Cunha, morador que foi na Villa de Proença a Nova; & que o dito Pedro Vas da Cunha foi filho legitimo de Innocencio de Alcobia, morador que foi no lugar do Cabeçado, termo da Villa da Certãa; & que o dito Innocencio de Alcobia foi filho legitimo do Padre Pedro de Alcobia, morador que foi no lugar do Cabeçado, & tambem na dita Villa, & como seu filho legitimado foi herdeiro de seus bens, assim livres, como vinculados, que o dito seu pay possuio, & depois os possuio o dito Pedro Vas da Cunha, & hoje os possui a A. & que o dito Padre Pedro de Alcobia foi filho de Ioãõ de Alcobia, & de sua mulher Fulana Bernardes, cujo nome proprio não sabem os AA. & que esta Fulana Bernardes foi irmãã do Licenceado o Padre Pedro Bernardes, & de Alvaro Bernardes, & de Leonor Bernardes, mãy do Padre Francisco Leytao instituidor do morgado da contenda, pela qual razãõ o Padre Pedro de Alcobia, & o Padre Francisco Leytao, eraõ primos filhos de irmãos; & por esta causa o Padre Francisco Leytao nomeou por primo ao Padre Pedro de Alcobia, & o deixou por seu testamenteiro, & que o dito Padre Pedro Bernardes, irmão da dita Fulana Bernardes, & de Leonor Bernardes, mãy do instituidor o Padre Francisco Leytao, instituo hũa Capella,

que chamaõ de S. Fagundo, com obrigaçãõ de vinte miſſas, & nomeou por administrador a ſeu ſobrinho o Padre Pedro de Alcobia, a qual hoje logra a A. & poſſuirãõ ſeus antepaſſados, & que pelas conſiſſoens, & declaraçoens feitas, aſſim nos teſtamentos, como nas contas, que tomãrãõ os Proviſores, & Viſitadores das Capellas, que a A. poſſue, ſe moſtra ſer o dito Padre Pedro de Alcobia, primo do Padre Francisco Leytaõ inſtituidor do morgado da contenda por parte de ſua mãy, & que como Pedro Vas da Cunha, pay da A. foi neto do dito Padre Pedro de Alcobia, fica ſendo o parente mais chegado, aſſim do inſtituidor, como de ſua neta Iſabel Leytoa ultima poſſuidora do dito morgado, deſcendente do inſtituidor, & que Antonio Madeira, & Iſabel de Mendonça, pays da R. por o dito Pedro Vas da Cunha morar na Villa de Proença a Nova, ſe meirão de poſſe dos ditos bens do morgado por morte da dita Iſabel Leytoa, ſem lhes pertencer, & o meſmo fizeram nos bens da Capella de S. Fagundo, que inſtituiu o Padre Pedro Bernardes, por morte de Pedro Vas da Cunha, pay da A. & a largãrãõ por ſentença, que contra elles, & contra os R.R. ouverãõ, trazendo os em litigio muitos annos, & que Fernãõ Bernardes foi pay de Leonor Bernardes, mãy do inſtituidor, & do Padre Pedro Bernardes, & de Fulana Bernardes, mãy do Padre Pedro de Alcobia, que eſte foi nomeado nas contas das Capellas, que poſſuia, por neto de Fernãõ Bernardes, avô do inſtituidor o Padre Francisco Leytaõ, & aſſim ficavaõ ſendo primos, filhos de irmãos, & Pedro Vas da Cunha pay da A. neto do dito Padre Pedro de Alcobia, & primo terceiro da ultima poſſuidora Iſabel Leytoa, & ſeu parente mais chegado. Por parte dos R.R. ſe allega, que na forma da inſtituiçãõ por morte da ultima poſſuidora Iſabel Leytoa, neta do inſtituidor, que faleceo ſem deſcendentes, entrou de poſſe dos bens do morgado da contenda ſua mãy Iſabel de Mendonça, por ſer a parenta mais chegada ao inſtituidor por parte de ſua mãy Leonor Bernardes, & por morte de Iſabel de Mendonça, entrou de poſſe delles a R. ſua filha Patornilha de Mendonça, & lhe pertenciaõ; por quanto a dita Iſabel de Mendonça, mãy da R. foi filha de Pedro Bernardes, & de ſua mulher Iſabel de Mendonça, a qual fora filha legitima de Antonio de Mendonça, & o dito Antonio de Mendonça fora filho de Clemente Alvarez, & eſte fora filho legitimo de Antonio Alvarez, & de ſua mulher Guiomar Martinz, & que a dita Guiomar Martinz, mulher de Antonio Alvarez, foi irmã de Maria Martinz, mulher de

